4. 5. 86

SUPPLEMENTUM

SYSTEMATIS

PLANTARUM EUROPÆ.

JOANNIS-EMMANUEL GILIBERT,

OLIM in Collegio Lugduneo, in Schola Regia Grodnensi, nec-non in Universitate Vilnensi, Botanices Professoris ordinarii, plurimarum Academiarum socii,

EXERCITIA PHYTOLOGICA;

QUIBUS

OMNES PLANTÆ EUROPÆÆ,

QUAS vivas invenit in variis herbationibus, seu in Lithuania, Gallia, Alpibus, analysi nova proponuntur, ex typo naturæ describuntur, novisque observationibus aut figuris raris illustrantur: additis stationibus, tempore florendi, usibus medicis aut œconomicis, propria auctoris experientia natis.

VOLUMEN PRIMUM.

PLANTÆ LITHUANICÆ CUM LUGDUNENSIBUS COMPARATÆ.

LUGDUNI GALLORUM,

Sumpt. FRANCISCI LECLERC, et Sociorum.

1795.

INCLYTÆ VIRTUTIBUS

FAMILIÆ

SCHERERIANÆ,

IN CIVITATE LUGDUNENSI,

SCIENTIARUM FAUTRICIS SAGACISSIMÆ,

BOTANICES CULTRICIS INDEFESSÆ;

UT

TESTIMONIUM SINCERÆ AMICITIÆ,

HOC OPUS

VOVET, DEDICAT ET CONSECRAT

JOANNÈS-EMMANUEL GILIBERT.

INTRODUCTIO.

Vix adolescens amavi plantas : elegantissimum opus abbatis Pluche, seu Spectaculum Naturæ perlegendo, desiderio vehementi omnia naturæ producta cognoscendi mox vexatus fui. Ab hoc tempore, scilicet ab anno 1756, nullam dereliqui occasionem vivas naturæ productiones contemplandi. Vix absoluto cursu philosophiæ, professionem medicam amplexus sum, ut adesset occasio amata & desiderata amplectendi objecta. Degens Monspelii salutavi primis diebus antistites venerandos, qui artis varias partes colendo, non neglexerunt studium Historiæ naturalis. Immortalis nominis Sauvagesius, in hac alma universitate tanquam acutus Botanicus, ubique celebrabatur; magna mea felicitate, anno 1761, elementa Botanices in privato collegio curiosis alumnis concessit : hac occasione potitus, ab ore tanti magistri nodos omnes Philosophiæ Botanicæ principis Botanicorum Linnæi,

ſumma facundia enodatos obtinui ; vivas fere omnes plantas aut deſſicatas tractus Monſpelienſis prima vice ſub oculis attentis habui. Has omnes Sauvageſius rigoroſè demonſtravit characteribus eſſentialibus, tum genericis, tum ſpecificis, facillima methodo enucleatis. Sequenti anno 1762, celeberrimus Gouan, tunc florens ætate & ardore famæ propulſus, excurſiones Botanicas circa Monſpelium propoſuit, quas toto vernali tempore & æſtivali proſecutus eſt. Ex primis in omnibus fidelis comes ſummum virum, in campis, ſub dio repertas plantas rigoroſe juxta leges artis demonſtrantem audivi. Anno ſequenti 1763, ſolus aut cum condiſcipulis eaſdem ſemitas proſecutus fui; raraſque plurimas ſpecies deſſicavi, quæ primordia dederunt horto ſicco, ſeu herbario. Sub finem ejuſdem anni, Medicinæ doctor creatus, Monſpelienſem Academiam dereliqui, patriamque petii. Ab anno 1764 ad annum 1775, nulla elapſa ſeptimana abſque herbatione una aut pluribus, tota æſtate vivens, primis his annis, in villa

paterna, nullam derelinquebam occasionem plantas trutinandi, præsertim mane & vesperi. Hæc recreatio seriorum studiorum non prorsus inutilis fuit: sic paulatim pretiosum acquisivi instinctum quo spontaneas herbas, primo aspectu, etiam a longe visas denominare possem. Sed solus eram, quærens in deserto plantas: in urbe nostra Lugdunensi, etiamsi populosissima, nec inter Pharmacopœos, nec inter Chirurgos, & quod mirabilius stupendiusque, nec inter Medicos ullus erat, qui blanditiis Floræ abreptus, mecum pluvias vernales æstivosque calores tolerare vellet: attamen proposita prosecutus fui: sedulo quæritando in omnibus angulis, post paucos annos, collegi plerasque plantas Lugduneas; hisque rite præparatis in herbario, juxta systema Linnæanum dispoſui. Anno 1767, emi prædium, tribus milliaribus à Lugduno, in amœnissimo loco dicto Chazei, juxta amnem L'azergues: hic per duos integros annos degens plurimas species determinavi, quas frustra quæsiveram prope Lugdunum. Anno

1770, nihil novi inveniens, aut paucas tantum ſpecies omiſſas, petii Alpes Delphinales, circa Gratianopolim, in Carthuſia majori, comite clar. Clapier olim in lyceo Monſpelienſi ſodali cariſſimo, Botanico certe ſagaciſſimo & exercitato, nec-non ducente rhizotomo indefeſſo Liotard, qui nunc utilis hortulanus in horto botanico Gratianopolitano. Inveni, & prima vice vidi vivas, numeroſas Alpinas plantas; quas non invenimus in his excurſionibus, deſiccatas liberali manu, rite præparatas, conceſſit egregius Liotard, præſertim umbelliferas, Hieracia, nec-non Saxifragas: hac memoranda peregrinatione, herbarium jam meridionalibus plantis, nec-non Lugduneis ornatum, maximum acquiſivit pretium, integra phalange harum Alpinarum.

Ab anno 1768 profeſſor Botanices deſignatus in Collegio Lugduneo, officii juſſu, feci pro cultu Floræ, quod mera animi propenſione antea peragebam. Docendo fimus doctiores, quia attentius rigoroſiuſque cuncta perpendunt Profeſſores: hinc ſubſequentibus

tribus annis, quibus officio professoris Botanices functus sum, plurimas observationes peregi, quas certe privatus indagator omisissem. Jam hoc tempore summo studio in omnibus speciebus characteres generum, tum naturales, tum essentiales, accurata floris & fructus dissectione prosequebar; jam numerosas species, juxta severam a Linnæo exaratam normam, describebam. Anno 1773, Musarum sedem seu Parisios visitavi: hic mansi ab initio martii ad finem julii, vidi & salutavi celeberrimos Naturalistas: benigne horum plurimi me exceperunt, salutaribusque consiliis adjuvarunt; vidi apud sagacissimum *Geoffroi*, clinicum peritissimum, omnes species insectorum quas descripserat in eleganti sua Historia Insectorum circa Parisios observatorum. Vir summus Bernardus *de Jussieu* paterno animo me concivem suum amplexus est, serioque curis in scientia hæredis sui commisit, nepotis sui Josephi *de Jussieu*, qui quaque die stupendos avunculi Thesauros contemplandos aperuit, rarasque horti regii plantas quaque hora examinan-

das concessit. In his thesauris pretiosissimos Botanicæ libros prima & ultima vice mirabundus vidi, inter quos nominandus Codex Barrellieri, cum figuris primordialibus rubrica delineatis : in his totius mundi terraquei species cognitæ herbarum confluxerunt, quarum omnium saltem genericas notiones jam orbi scientifico tradidit hic doctus nepos summo acumine mentis, raraque modestia, quæ certa, quæ dubia, quæ nova in quaque pagina, nervoso stilo, proposuit.

Salutatis campis Parisiensibus, perlustratis plagis a Turnefortio Vaillantioque calcatis, iterum patriam vidi, sed ingratam. Provinciæ Lugdunensis præfectus regius Flesselles (*Intendant*), iste qui, primo anno revolutionis Gallicæ, crudeli fato periit præfectus mercatorum Parisiis, mihi mandatum dederat ut hortum botanicum instruerem : impensis meis hoc opus inchoavi; sed iste, obtemperans jussui thesaurarii abbatis Terrai, me tristem dimisit, non remuneratis amissis pecuniis : ab hoc momento firmum

ſumpſi propoſitum paternos campos derelinquendi ; ſcripſi immortali Hallero , qui mecum a plurimis annis commercium epiſtolare nutriebat : optimus ille promotor juventutis , mihi cito vacationem procuravit. Hoc præciſe tempore , legatus privatus regis Poloniæ quærebat medicum , qui hiſtoriam naturalem magni ducatus Lithuaniæ elaborare poſſet , hortum botanicum inſtruere , ſcholamque medicam aperire. Tam ponderoſo oneri parem me , nimium indulgens , credidit divus Hallerus ; ego autem ut tantis promiſſis reſpondere poſſem , iterum Academiam Monſpelienſem adii. Hic integra æſtate anni 1774 degens , ſedulo omnes vicinos campos viſitavi ; de novo vivas pleraſque plantas hujus plagæ recognovi ; optimus Gouanius non amicus alter celebris Cuſſon , ſeveræ cenſuræ omnes ſpecies herbarii mei ſubjecerunt , plurimaque , hoc officioſo labore , dubia ſolverunt. Suaſor Gouanius fuit , ut menſe julio & auguſto , montes Pyrenaicos perluſtrarem. Tam ſalutari conſilio obtemperans , Perpi-

nianum petii, indeque cum optimo professore Botanices ujus urbis, Coste, plurimas excursiones peregi in alpibus excelsis, quæ Galliam ab Hispania separant; montes transcendimus Sti. Ludovici, vallem dictam *Eines* totam visitavimus, a basi ad cacumina vicina; montem dictum *Carouges*, aliosque vicinos peragravimus; totam planitiem dictam Sardiniam examinavimus: in his excursionibus, quot novas rarasque species invenimus, quæ herbarium meum ditarunt! Redux in urbem Perpinianum, bonos cives optimosque Botanicos amicos habui, Bourgatum medicum, priscæ fidei hominem, nec-non Razulium pharmacopœum peritissimum, qui non modo una integra septimana, hospitem me habuit, sed numerosas species Pyrenaicas concessit, quas frustra quæsiveram in meis herbationibus.

Circa Narbonam ducentibus doctore Pesche, legitimo Sauvagesii discipulo, necnon abbate Poret, egregio plantarum indagatore, tunc juveni, nunc ex celeberrimis meridionalis provinciæ Galliæ Botanicis, nu-

merosas novas species Galliæ Narbonensis obtinui. Vix reversus in patriam, serio disposui omnia ad peregrinationem Polonicam; sed ut mihi utilis evaderet, lente totam Helvetiam a Geneva ad Schaphusium peragravi, ubique plantas quærens & legens. Prope Genevam, benigno animo me hospitem excepit immortalis Bonnetus, utilissimaque pro ulterioribus inquisitionibus consilia concessit. Bernæ, gemebundus manus amplexus fui morientis summi viri Halleri, qui paulo post tamen adhuc redivivus promissas aliquas plantas, scilicet, Linneam borealem, muscosque plurimos, quos ipsius manu inscriptos, in cimmeriis meis, auro gemmisque pretiosiores adhuc conservo. Vendebonæ egregium tot detectis, delineatis adumbratisque plantis, celeberrimum Jacquinum vidi, vixque salutatum sicut fratrem amavi: ille mihi omnes raras Horti Vendebonensis plantas, summa benevolentia, demonstravit, nec his contentus mille & ultra semina recentia, numerosasque vivas plantas dedit, aut cito misit, hocque summo dono verus

horti Grodnensis, tam cito instaurati, pater nominandus. His instructus præsidiis, tetigi limina Lithuaniæ. Attuleram mecum omnes fere libros botanicos, herbariumque ditissimum: in hoc saltem tria specierum millia; quarum pleræque Europææ, rite determinatæ. Paulo post, scilicet anno 1776, jubente ministro regis Poloniæ Tyzenauzen, emi magnum herbarium Gouanii, qui pio animo ad adjuvandum patrem, omnes plantas quas a viginti-quinque annis collegerat, aut ab amicis obtinuerat, nulla retenta, mihi misit: his acceptis, toto anno 1776, de novo meas cum Gouanianis contuli, ut certiores manerent in posterum determinatæ.

Plantæ Gouanii mihi erant æque tutæ, quoad nomina, ac Linnæanæ: nam omnes dubias miserat Linnæo, qui suas in plurimis epistolis declaraverat, aut recusaverat. Quinimo, hi omnes qui egregium norunt Gouanium, sciunt quam tuta methodo, post diuturnum rigorosumque examen nomina imponit plantis: discipulus carissimus Sauvagesii, hujus severæ logicæ fundamenta stricte observabat.

Ab

Ab anno 1775 autumno, ad finem octobris anni 1783, sedulo quæsivi plantas, tum circa Grodnam, tum circa Varsaviam, tum circa Vilnam, tria præcipua puncta stationum mearum; sed præsertim circa Grodnam, sedem domicilii ab anno 1775 ad annum 1781. Visitando nosocomia Magni Ducatus Lithuaniæ, meæ inspectioni submissa, magnam partem hujus provinciæ, ab Oriente ad Occasum & a Septentrione ad Meridiem, percurrere pluries potui, semperque peregrinando, memor præcipui objecti, quæsivi plantas, hasque sedulo examinavi. Recensitis auxiliis suffultus has, ni fallor, potui, absque metu erroris, tuto denominare: etenim, si non omnium, plerarumque similia specimina desiccata, tum in herbario Gouaniano, tum in meo, cum certis nominibus Linnæanis inveniebam, paucis exceptis septentrionalibus, quas nec Gouanius, nec ego videram; ut has determinarem rigorose, a proximo, post erutum characterem genericum & specificum in libris Linnæanis, præsertim in systemate vegetabilium, confe-

rebam ſpecimina cum figuris & deſcriptionibus auctorum, nec nomina recenti vivæ plantæ imponebam, niſi quando in omnibus congruebat cum figuris aut deſcriptionibus allatis. Sic paulatim nata eſt Flora nova Lithuanica: novam appello, quia, quod ſciam, nullus adhuc juxta leges artis, plantas hujus regionis determinaverat. Vicini noſtri ſcilicet Boruſſi, pleraſque noſtras, etiam raras propoſuerunt, aut deſcripſerunt: huc veniunt Loeſelius, Breinius, Helwingius, Mentzelius, Reygerus, Vulſſius (*); ſed

(*) Joannis Loeſelii Flora Pruſſica, circa annum 1640 elaborata, prima vice anno 1654 a filio typis mandata, denuo cum figuris anno 1703 a Gotthſched: opus egregium exhibens enumerationem 760 & ultra ſpecierum, cum iconibus circiter 85. Nonnullæ tanquam novæ, jam a Bauhinis aut aliis propoſitæ deſcribuntur & delineantur, ſed pluſculæ raræ, imo rariſſimæ indicantur, inter quas Scheuchzeria, Ranunculus Caſſubicus, Glaux maritima, Arenaria peploides, Callitriche, Potamogeton puſillum, & gramineum, Carices nonnulli, Fungi plurimi, Muſci numeroſi, ſed plerique ſetis deſtituti: juxta Hallerum & natura jubente perpulchræ icones; ſynonymia ex fontibus eruta, accurata & ſat plena; errores pauci: ſic male inter Pruſſicas Hyoſcyamus albus. Joannes Loeſelius, de-

horum nullus in Lithuaniam penetravit. Pari jure laudare non possumus Bernitzium &

---

bili corpore & valetudinarius, ab amico Michael Titio plantas accipiebat, quas in museo tractabat. Certe parens harum regionum Botanices appellandus. Erat Loeselius professor medicinæ Regiomontano.

Christianus Mentzelius, Archiater Brandeburgicus, magnus plantarum collector, anno 1650, edidit Dantisco centuriam plantarum circa Gedanum sponte nascentium, inter quas raræ nostræ non paucæ indicantur. Anno 1682 in pugillo rariorum, nonnullæ nostræ brevissime describuntur & accurate delineantur : huc inveniendæ Ophrys monorchis, ovata, Monotropa hypopitis, Lathrea squamaria, Gypsophylla fastigiata, Asperugo procumbens, Limosella aquatica, Stellaria nemorum, præter fungos nonnullos.

Jacobus Breynius Gedanensis, anno 1678, in centuria plantarum minus cognitarum nonnullas raras indigenas descripsit & delineatas dedit, quas in Lithuania invenimus : huc veniunt Saxifraga lutea seu Hirculus, Geum nutans var. flore pleno, Laserpitium prutenicum, Anemone pulsatilla patens.

Georgius Andreas Helwingius parochus Borussicus, in Flora quasi modo genita Gedani 1712, in-4°, Loeselii Floram supplevit indefessus collector ; sed plerumque meras proposuit varietates. Inter species raras nostras eminet Pedicularis sceptrum carolinum. In supplemento Gedani anno 1726, in-4°, sunt plurimi Musci, Lichenes, præter Campanulam pyramidalem, quæ vere in Borussiæ silvis & Lithuaniæ spontanea : cæterum plerasque nostras alias habet

Erndtelium, qui primi catalogos plantarum Polonicarum propofuerunt : hi enim Auctores

---

Campanulas, adde Dracocephalum ruifchianum. In mufeo Drefdenfi, fumma lætitia evolvi, ducente gratiofo & docto Titio directore, herbarium Helwingii, in quo reperi & recognovi plerafque raras noftras Lithuanicas. In differtatione cui titulus Flora Campana in-4°, Lip. 1719, omnes noftræ Pulfatillæ delineantur & defcribuntur, præter plurimas varietates ; nam bonus ifte presbyter Turnefortio addictus, amabat & profequebatur etiam levioris momenti varietates : quot, hanc methodum retinendo, proponere potuiffem, Veronicas, Campanulas, Galia, &c. Quidquid fit, Helwingius poft Loefelium, ex præcipuis Floræ feptentrionalis promotor fuit.

Joannes Chriftophorus Vulffius Regiomontano, anno 1764, in-8°, Floram Borufficam denuo efflorefcentem edidit. Methodum naturalem Gerardi in Flora Gallo-Prov. aut potius Bernardi Juffeii, qui hanc Gerardo conceffit, profecutus eft : fed quot graviffimi lapfus, quot errores! Tamus pro Bryonia, & mixta hæc cum Convallariis. Paris cum juncis, Acorus inter Gladiolum & Lilium, Sium inter Achilleam & Tanacetum, Sanguiforba poft Loniceram, Polygala inter Verbenam & Pedicularem.

Gottfried Reyger Gedanenfis, in hac urbe edidit anno 1764, in-12, Tentamen Floræ Gedanenfis, juxta methodum Linnæi : non paucæ defcriptiones aut annotationes bonæ, feu ex vivis fpeciminibus, ut Glaucis maritimæ ; in fecundo tomo qui proprie prioris nova editio, nomina trivialia Linnæi, cum ejufdem phrafibus characterif-

remotas tantum plantas denominarunt, raro ſtationes apponendo, plurimas ſuſpectas

---

ticis, & iterum deſcriptiones, gramina nonnulla, aut nova aut extricanda, ſpecies 868 proponit, inter quas primus Reyger nonnullas in hac regione invenit & determinavit. Præcipuæ ſunt : Veronica ſcutellata, latifolia, verna; Pinguicula vulgaris, Gladiolus communis, Panicum crus galli, Agroſtis canina, arundinacea; Aira flexuoſa, Bromus pinnatus, Feſtuca duriuſcula, decumbens; Galium montanum, Primula farinoſa, Chenopodium murale, viride; Galanthus nivalis, Ornithogalum pyrenaicum, Pyrolla umbellata, Dianthus diminutus, Sedum reflexum, Euphorbia characias, Rubus ſaxatilis, Thalictrum aquilegifolium, anguſtifolium; Mentha rotundifolia, Lunaria rediviva, Iberis nudicaulis, Geranium paluſtre, Lathyrus paluſtris, heterophyllus; Vicia lathyroides, ſilvatica; Aſtragalus auſtriacus, Hieracium paludoſum, Inula pulicaria, Chryſanthemum inodorum, Cineraria alpina, helenitis; Centaurea paniculata, viola paluſtris, Lemna gibba, polyrrhiza; Amaranthus viridis, Polypodium rhæticum, fragile, phægopteris, fontanum; Lycopodium ſelago.

Joannes Gottlieb Gleditſch, Lipſienſis, profeſſor Berolinenſis, anno 1753, methodum Fungorum Berolini, in-8, propoſuit : in hac plurimas novas aut ſpecies aut varietates præbuit, quas plurimas, aut in Lithuania ex phraſibus, aut deſcriptionibus egregii hujus indagatoris recognovimus; has quas verificavimus, propoſuimus nomine tenus in Chloride Grodnenſi. In methodo Gleditſch nomina ſeu phraſes, contra legem Linnæi longiora ſunt; ſed deſcriptiones accuratæ optime ſpecimina exprimunt.

proponendo ; in hisque vix unam aut alteram observationem invenio, quæ autopsiam repepetitam demonstret. Quinimo Erndtelius evidenter sæpe transcribendo de verbo ad verbum Floras Germanicas vix ubique meretur fidem. His igitur missis, solum invenio Gabrielem Rzaczynski (*), qui aliquas plantas Magni Ducatus designavit ; sed auctor iste nullam propriam observationem proponit, citat tantum nomina Loeselii, & passim si raras plantas allegat, fide pharmacopœorum

(*) Gabrielis Rzaczynski jesuitæ Historia Naturalis Poloniæ, Lithuaniæ, Sandomir, anno 1721, in-4°. & auctarium Gedani, anno 1736, in-4°. Senex jesuita, qui hunc auctorem bene novit, agnoscebat summo ardore & quasi instinctu naturali, etiamsi propter hunc gustum a sociis contemptum, producta Naturæ Rzaczynski profecutum fuisse ; sed sola lectione adjutus, instructione viva destitutus, pauca præstitit ; a venatoribus, rhizotomis omnia accipiebat : unde fabulæ numerosæ & indicationes falsæ plantarum, quas nullus unquam in Polonia reperiet. Certe Mandragora nullibi crescit in Lithuania, nec sperandus Cedrus Libani in Polonia, nec Phyllirea ; Rhodiolam seu Rhodiam habui inter Lithuanicas Grodnenses, sed non florebat : cæterum pro plantis Lithuanicis profert catalogum specierum a Loeselio in Borussia enumeratarum.

& muliercularum illas indigenas pronuntiat; ſed, quod pejus, affert plantas certe non ſperandas in Lithuania : unde videre eſt, ſuppoſita hiſtoria naturali Poloniæ Rzaczynſkiana, nondum in cunabulis Floram noſtram Lithuanicam vivere : hoc igitur Auctore omiſſo, tanquam inutili pro noſtro ſcopo, unum tantum invenire forte poterunt curioſi, qui cum vere fuerit Botanicus, terram noſtram Lithuanicam calcavit, ſcilicet equitem Corvinum, qui nonnullas noſtras plantas Patri Barrelliero tranſmiſit. Invenio enim inter rariores hujus Auctoris, Calam. paluſtrem, ſub nomine polonico Grebigne, impatientem *Noli me tangere*, Galeopſidem unum, & nonnullas alias a Corvino Polonicas appellatas. Aſt quo tempore eques Corvinus has plantas collegerit? An in Lithuania, an in Polonia, nondum extricare potui : Botanophilus enim iſte, ſuo tempore bene notus, vix hodie celebratur : ni fallor, pharmacopœus Romanus, quem laudavit & talem deſignavit Fabius Columna.

Nonnullos Auctores, qui Polonice ſcrip-

ferunt, laudare non possum tanquam patres Botanices Lithuanicæ, quia quos nosco meri sunt traductores Fuchzii, aut Matthioli, nullam localem indagationem demonstrantes. His igitur breviter propositis, ad nostram opus progredior.

Bona & sincera fide species plantarum propono, quas inveni, & ni fallor, primus determinavi in Lithuania. Per quinquennium nullam prætermisi occasionem plantas investigandi. Cum discipulis tanta sedulitate circa Grodnam ad distantiam quinque milliarium varias plagas peragravimus, ut vix maneat angulus terræ nondum perlustratus.

Raras, vix in Lithuania sperandas, certe invenimus species, nonnullasque, ni fallor, novas. Qui in posterum genera nostra enucleabit, inveniet certe candorem, & rigorosum examen in nostris inquisitionibus: omnia enim specimina quæ characteres specierum, & varietatum exhibebant, viventia & florentia attente descripsimus, & tali methodo præparavimus, ut quasi viva diu ex herbariis in posterum poterunt verificari.

His peractis, enixe petierunt Alumni, ut citius pro futuris incursionibus Botanicis, characteres plantarum breviter descriptos obtinerent, scilicet earum quas collegimus & determinavimus in Magno Ducatu Lithuaniæ. Tam honestæ petitioni obsequiosus, breves ex Adversariis descriptiones excerpsi; plantas Lithuanicas, sponte nascentes, certe collectas, eadem enucleavi methodo, qua variis demonstrationibus sensim alumni retinuerunt.

Quatuor series sat rigorose circumscriptas exhibet Flora Lithuanica: in prima serie delineantur plantæ floribus monopetalis calyculatis; in secunda, plantæ floribus polypetalis; in tertia, plantæ floribus apetalis, aut corollatis acalyculatis; quarta tandem continet plantas floribus occultis, aut obscuris. In prima serie invenimus nonnullas collectiones accurate determinatas: prima dat plantas floribus simplicibus monopetalis, calyce vero præditis, non vero limbo evidenter figuratis; secunda plantas suppeditat floribus monopetalis, simplicibus, calycula-

tis evidenter figuratis, seu labiatas & ringentes Tournefortii; tertia collectio, & ultima hujus seriei, comprehendit plantas floribus monopetalis compositis, seu in quibus plurimi flosculi colliguntur in calyce communi.

In quaque collectione invenimus nonnullos fasciculos seu plurimas species communia attributa offerentes: v. g. in prima sunt arbores, & herbæ; in quoque fasciculo manipuli erunt designati attributis evidentibus. Quantum potuimus, in quaque collectione species simul conjunximus, quas Natura evidenter coadunavit.

In secunda serie, plantæ polypetalæ offerunt magnas familias naturales, quas separavimus & quæ collectiones formant, scilicet, Umbelliferæ, Cruciatæ, Papilionaceæ: cæteras polypetalas, proposuimus relative ad numerum staminum: hinc nata est collectio paucistaminearum, & altera multistaminearum. In his duabus collectionibus plurimi inveniuntur ordines naturales, sicut Caryophylleæ, Icosandræ, Ranunculaceæ, &c.

In tertia ferie coacervantur Plantæ imperfectæ, feu in quarum floribus aut deficit corolla, aut calyx, præfentibus apparentibus ftaminibus & piftillis : huc adducuntur plurimi ordines naturales; fcilicet, inter calycinas reperiuntur Coniferæ arbores, Juliferæ, Plantæ aquaticæ, oleraceæ, &c. inter petaloideas adducuntur Liliaceæ, Orchideæ & affines liliaceis; intermediæ tandem apparent inter liliaceas & calycinas, feu Gramineæ & affines. Præter ordines & familias naturales, in quaque collectione veniunt vagæ Plantæ, quæ in noftris regionibus focias aut parentes vix agnofcunt : huc referuntur aut quod cum his congruunt, forma calycis, corollæ, aut numero ftaminum, aut natura fructus.

Quarta & ultima feries complectitur Plantas quarum partes floris tam obfcuræ ut vix armato oculo diftingui poffint, feu Occultas aut Cryptoganicas : funt Filices, Mufci, Algæ, Fungi, & harum analogæ. Sic nata eft methodus mixta, quæ exhibet plantas Lithuanicas, ficut paulatim alumni,

affinitatibus naturalibus abrepti, has memoriæ mandarunt.

Ut ſeries, collectiones, faſciculi, manipuli naſcerentur, ſegregavimus attributa pauca, ſæpe unum aut alterum, ſed viſibilia, ſalientia, oculis nudis patentia : ſic tuto pede paulatim progredientes, talia attributa ex deſcriptionibus eruimus, ad conſtituenda genera, ſpecieſque proponendas ; ſic creberrimis titulis duximus alumnos ad diagnoſim cujuſque individui oblati ſeu ſpeciei, quam demonſtravimus talem, allata deſcriptione, hacque collata cum figuris & deſcriptionibus anteceſſorum. Noſtra eſt certe hæc methodus, quoad ideam univerſalem, & quoad plurimas diſtributiones ſpeciales ; centum tales novæ apparebunt, ſi placet futuris Botanicis : nam methodus in ſcientia naturali eſt quaſi ſtilus obſervatoris ; quiſque ſuum habet proprium aut habere poſſet. Etenim varietas objectorum recenſendorum, varietas attributorum cujuſque objecti, mille modos diſtributionis offerunt ; ſed quod verum, qui vult, in methodo elaboranda, ſeries

naturæ retinere ſeu affinitates, ſimilia cum ſimilibus conjungendo, plurimas tales congregationes ſeu adunationes, jam ab anteceſſoribus peractas, adoptare debebit. Tales feliciſſimas deceſſores noſtri invenerunt; jam plurimas propoſuerat Joannes Bauhinus, in hiſtoria ſua plantarum; non paucas addidit Moriſonus; has perfectiores reddidit, in plurimis ordinibus, ſapiens Raius; poſt hos antiſtites, tales quæſiverunt Turnefortius, Boerhaavius, Linnæus, ſed præcipue Van-Royen & Hallerus. Hic ultimus, præſertim in Horto Goettengenſi & in Hiſtoria Plantarum Helvetiæ, ſancte affinitates naturales conſervavit, novaſque plurimas felici conatu quæſivit & invenit.

In noſtra diſtributione has omnes, in quantum potuimus, conſervavimus; ſed ut tales haberemus puras, in quaque ſerie, miſſo omni ſcrupulo, conſtrinximus annulos catenæ vario nodo: calyx modo, modo corolla, modo ſtamina, modo piſtillus, modo alia attributa, extra partes fructificationis, diviſionis puncta exhibent: qui ri-

gorose unam aut alteram partem fructificationis tanquam clavem methodi sumunt, si hanc stricte semper retinent, quoque fere passu progrediendo, frangere debent catenam naturalem. Quis congerere posset Liliaceas proponendo numerum staminum aut petalorum? quis coadunare Galia & affines valeret, formam corollæ aut numerum staminum tantum contemplando? quis Lichnides, Silenes, Alsines & plantas affines? Nunc demonstratum manet, nec numero segmentorum corollæ, nec illius figura, nec numero staminum, nec natura fructus, plantas unius tantum regionis proponi posse naturali nexu; rigorose has tantum partes enucleando, harumque similitudine plantas coacervando, sæpe sæpius lacerantur affinitates naturales. Clariss. Gouanius exemplum dedit in Flora Monspeliensi; plantas juxta methodum Rivini cum Linnæana methodo combinatam distribuit: inde non modo integræ familiæ naturales disjunctæ, sicut umbelliferæ, cruciatæ, sed etiam plurima genera, sicut Convallaria, Senecio, &c.

Principiis Linnæanis superstitiose addicti

plurima carpent in noſtro opere. Non ubique enim plenam fidem immortalis Dictatoris legibus adhibuimus; ſed noluimus his ſubſcribere, quotieſcunque rigoroſis Logicæ legibus, contrariæ nobis apparuerunt. Linnæus alias mihi ſicut omnibus naturæ curioſis undique carus, quem nunquam fas eſt abſque teſtimonio præſtantis venerationis nominare, vir certe profundi ingenii, ſed nimium ſyſtematici, leges paſſim arbitrarias, & naturæ contrarias, promulgavit; methodum certe ſuam, ſed difficilem in praxi, anomaliis plurimis obnoxiam, frequenterque affinitates naturales frangentem propoſuit; genera plurima vere naturalia reſtituit, ſed non pauca etiam olim talia laceravit; dicamque libenter, quod minus Philoſophicis, quam ſophiſticis rationibus nomina Turnefortii & aliorum mutaverit: ſemper enim pro certo & ſtatuto habuimus, nomina tantum eſſe bona, præſertim in ſcientiis, innumera ſubjecta inquiſitionis continentibus, quæ aliquam ideam relativam revocant in mentem. Vera enim

ſcientia ideas congeneres nominibus relativis conſignat. His rationibus ſuffultus, libenter nomina generica antiquorum comparativa (*) ubique ſervaviſſem; ſed nolui

(*) Quam ſapientiores fuerunt philoſophi Græci! Nomina eſſentialia, propria, nihil ſignificantia, quibus vulgus productiones Naturæ exprimebat, retinuerunt non mutata. Sed quando ipſimet minus notis, raris aut inutilibus, vulgaribus, plantis vel animalibus impoſuerunt, vere logice talia concinnarunt, ſimilitudines aut relationes cum vicinis objectis occupando: talia conſtruxerunt nomina ex duobus aut tribus tum ſubſtantivis, tum adjectivis, tum etiam verbis, quæ facillime memoriæ mandabantur, utpote uſum, relationem, analogiam exprimentia. Talia fuere: Amaranthus, ſeu flos immarceſcibilis; Galanthus, flos lacteus; Rhinanthus, ſeu flos naſutus; Scleranthus, ſeu flos exſuccus; Lithoſpermum, ſeu ſemen lapideum; Melampirum, ſeu granum nigrum; Ægilops, ſeu facies capræ; Coreopſis, ſeu facies cimicis; Galeopſis, ſeu facies felis; Lycopſis, ſeu facies lupi; Dracocephalum, ſeu caput draconis; Leontodon, ſeu dens leonis; Cynogloſſum, ſeu lingua canis; Ophiogloſſum, ſeu lingua ſerpentis; Antirrhinum, ſeu naſus æqualis; Myoſotis, ſeu auricula muris; Tragopogon, ſeu barba hirci; Callitriche, ſeu capillus pulcher; Polytrichum, ſeu multus capillus; Alopecurus, ſeu cauda vulpis; Cynoſurus, ſeu cauda canis; Leonurus, ſeu cauda leonis; Myoſurus, ſeu cauda muris; Hippuris, ſeu cauda equi; Polygonum, ſeu genu multiplex; Polycnemum, ſeu crus multiplex; Ornithopus,

odia

odia Botanicorum hac innovatione incurrere: alia enim carpenda plurima reliqui.

ſeu pes avis; Lycopus, ſeu pes lupi; Ægopodium, ſeu pes capræ; Chenopodium, ſeu pes anſeris; Clinopodium, ſeu pes lecti; Polypodium, ſeu pes multiplex; Buplevrum, ſeu coſta bovis; Arctium, herba urſi; Lycoperdon, herba lupi; Onopordon, herba aſini; Hippophae, ſeu ſplendor equi; Hyoſcyamus, ſeu faba ſuis; Hyoſeris, ſeu lactuca ſuis; Orobus, ſeu excitans bovem; Hieracium, herba accipitris; Geranium, ſeu roſtrum gruis; Chelidonium, ſeu hirundo; Echium, ſeu caput viperæ; Delphinium, a delphino; Myagrum, ſeu muſcas captans; Aſtragalus, ſine vertebra; Acorus, ſine pupilla; Ophrys, ſupercilium; Orchis, teſticulus; Splanchnum, viſcus; Pteris, ala; Lythrum, cruor; Caltha, ſeu calathus; Lychnis, ſeu lucerna; Selinum, ſeu luna; Sideritis, ſeu ferrum; Stratiotes, ab exercitu; Œnotera, a vino; Alcea, medeor; Althæa, ſano; Eryſimum, ſalvifico; Heracleum, Hercules; Bromus, eſca; Galium, lac; Polygala, multum lac; Poterium, poculum; Oxalis, acidus; Picris, amarus; Xanthium, amarus; Lapſana, purgo; Thymus, animus; Symphytum, connaſci; Conyza, lendes, vel culices; Alyſſum, rabies; Argemone, ulcus oculi; aniſum, inæqualis; Trachelium, collum; Anchuſa, fuco; Anagallis, rideo; Briza, dormio; Dipſacus, ſitio; Alyſma, anxietas; Butomus, ſcindens bovem; Helleborus, conſtringens pabulum; Orobranche, ſtrangulans Orobum; Phellandrium, ſuber hominis; Hypericum, ſupra imaginem; Ephedra, ſupra aquam; Origanum, lætitia montis; Aconitum, cautis;

Floram vix laudabunt, recentiorum scientificis phrasibus non decoratam, nec syno-

---

Empetrum, in saxo; Gypsophylla, amica gypsi; Agrostis, agrestis; Monotropa, vertens sola; Lathrea, clandestina; Mandragora, stabulum; Anthericum, flos sepium; Alsine, lucus; Hydrocharis, gratia aquæ; Hydracotyle, vas aquæ; Typha, paludosa; Potamogeton, vicina fluvii; Cypripedium, calceus Veneris; Jasione, viola Dei; Cucubalus, seu malus jactus; Evonymus, nomen bonum; Heliotropium, se vertens ad solem; Androsace, scutum viri; Æthusa, herba mendica; Calla, palearia galli; Arum, a noxa; Ballote, herba jacens; Phyteuma, herba gignans; Brassica, ebulliens; Cardamine, nasturtio similis; Glechoma, pulegio similis; Hedysarum, suavitas unguenti; Fraxinus, sepimentum; Hypochæris, a porco; Chondrilla, grumus; Ornithogallum, lac avis; Peucedanum, picea humilis; Conium, pulvis; Erica, frango; Anemone, vento exposita; Cratægus, robur; Cardamine, cor domo; fagus, edulis; Lotus, dulcis; Ocymum, cito germinans; Scandix, acus pastoris; Alchemilla ab alchemistis; Ros, foliorum; Coronilla, a coronato corymbo; Potentilla, a potentia virium; Pulsatilla, a pulsatione floris vento; Biscutella, a scuto duplici fructus; Crucianella, a cruciatis foliis situ; Limosella a limo natali; Molucella, a Molucis insulis natalis; Nigella, a nigredine seminum; Pimpinella, a bipinnatis foliis; Soldanella, a solda nummo, figura foliorum; Tremella, a tremore gelatinoso; Trigonella, a trigona corolla; Corrigiola, a pedum ligatione; Gratiola, a gratia medicinali; Clypeola, a clypeo fructus; Rhodiola, a roseo

nymorum copia, in quaque pagina, oneratam: ſed quoad iſta duo puncta, vivens liber in

---

odore radicis; Pyrola a pyro, foliorum figura; Phaſeolus a phaſelo ſeminis; Gladiolus a gladio, figura foliorum; Samolus a Samo inſula; Aſperula, ab aſperitate plantæ; Calendula, quia calendis floret; Campanula a campana, figura corollæ; Filipendula, quia filo pendent radices; Lavendula a lavando, quia balneis uſualis; Primula, a præcocitate florum; Pinguicula, a pinguedine foliorum; Sanicula, a ſanatione vulnerum; Serratula, a ſerratis foliis; Spergula, a ſparſione ſeminum; Ranunculus, a ranarum cohabitatione; Convolvulus, a convolutione caulis; Humulus, ab humo ſolo; Aſparagus ab aſperitate plantæ; Aſperugo ab aſperitate plantæ; Mollugo, a mollitie plantæ; Borago aut Corago veteribus, in cor agens; Medicaco, a Medis advecta; Plantago, a planta tangenda; Plumbago, a macula plumbea impoſita; Solidago, a conſolidatione vulnerum; Tuſſilago, a tuſſis domatione; Paſtinaca, a paſtinando loco; ſecuridaca, a ſecuri fructus figura; Portulaca, a portula; Reſeda, quæ reſedit dolores; Rubia, a rubedine; lactuca, lacte plena; Urtica, urens tactu; Spinacia, a ſpinis fructus; Salſola, a ſalſedine plantæ; Salix, ſaliendo creſcens; Salvia, ſalvans; Sedum, ſedens in rupibus; Ledum, lædens odore; Lamium, lamia larvata; Juncus, vimen jungens; cornus, a duritie fructus cornea; Juglans, jovis glans; Panicum a pane; Arenaria, a ſtatione in arena; Convallaria, in vallibus florens; Cochlearia, a folio cochleariformi; Fragraria, a fragrantia fructus; Fumaria, quaſi fumus terræ; Globularia, a figura globoſa floſculorum; Herniaria, herniarium ſanationi in-

Republica, quid sentio, audacter proferam. Characteres essentiales, tum generici, tum

serviens; Lunaria, a figura siliquæ; Matricaria, ægrotantibus matribus utilis; Pulmonaria, amica pulmonum; Parietaria, contra parietes crescens; Persicaria, a persicæ foliis; Sagittaria, a figura foliorum; Saponaria, a succo saponaceo; Scrophularia, scrophularum medicina; Scutellaria, calyx scutum referens; Stellaria, flores stellam formantes; Subularia, a figura subulæ foliorum; Utricularia, ab appendicum radicis figura; Eriophorum, a lana fructus; Echinophora, a fructu echinato; Imperatoria, a vi radicis; Hepatica a figura foliorum; Scabiosa, contra scabiem; Passerina, a figura seminis; Angelica, a vi præstantissima; Impatiens, ab elasticitate fructus; Pedicularis, contra pediculos; Trientalis, a magnitudine plantæ; Digitalis, a figura corollæ digitali; Fontinalis, a loco in fontibus; Turritis, alta & angusta; Sempervivum, a sempiterno vigore; Bistorta, a figura radicis; Saxifraga, a loco in petrarum rupturis; Sanguisorba, sistens sanguinem; Athamanta, ab urbe hujus nominis Thessaliæ; Parnassia, a monte Parnasso; Marrubium, ab urbe Italiæ; Smirnium, a Smirna urbe; Nepeta, ab oppido Italiæ; Arabis, ab Arabia regione; Cerasus, ab urbe Cerasunte; Samolus, ab insula Samo; Agaricus, ab Agaria urbe Sarmatiæ; Colchicum, a Colchide urbe Armeniæ; Iberis, ab Iberia regione; Ligustrum, a Liguria Italiæ regione.

Plantæ Sanctis consecratæ.

Herba Sancti Alberti: Arabis.
—— Sti Antonii: Epilobium.

ſpecifici, mihi videntur mere hypothetici, & relativi ad numerum ſpecierum, quas

---

Herba Sti Benedicti : Geum.
—— Sti Gerardi : Ægopodium.
—— Sti Georgii : Valeriana.
—— Sti Jacobi : Senecio.
—— S. Joannis : Hypericum.
—— Stæ Cunegonis : Eupatorium.
—— Sti Ladiſlai : Gentiana.
—— Sti Laurenti : Sanicula.
—— Sti Pauli : Primula.
—— Sti Petri : Parietaria.
—— Sti Philippi : Iſatis.
—— Sti Quirini : Tuſſilago.
—— Sti Ruperti : Geranium.
—— Sti Simonis : Malva.
—— Sti Stephani : Circea.
—— Sti Valentini : Pæonia.
—— Sti Zachariæ : Centaurea.
—— Stæ Barbaræ : Eryſimum.
—— Stæ Catharinæ : Impatiens.
—— Stæ Claræ : Valeriana.
—— Stæ Crucis : Nicotiana.
—— Stæ Mariæ : Tanacetum.
—— Stæ Othiliæ : Delphinium.
—— Stæ Roſæ : Pæonia.

Nomina poetica trita, ſunt ſequentia; Actæa, Narciſſus, Hyacinthus, Adonis, Crocus, Centaurea,

auctor Pinacis cognovit. Sub hoc sensu certe Linnæani characteres ingeniose sunt ex-

---

Achillea, Pæonia, Circea, Andromeda, Daphne, Canna, Syringa, Smilax, Mentha.

Nomina deorum: Asclepias, deus Medicinæ; Mercurialis, a Mercurio deorum interprete; Serapias, deus Ægypti; Satyrium, deus libidinis; Satureia, a satyro; Nymphæa, a dea aquarum; Naias, a dea fontium; Melissa, a dea mellificii; Dryas, a dea quercuum; Atropa, furia.

Nomina regum: Eupatorium, a rege Ponti Mithridate; Gentiana, Illyriæ; Lysimachia, Siciliæ; Telephium, Mysiæ; Teucrium, Trojæ; Valeriana, Carlinæ; Philadelphus, Ægypti; Artemisia, ab uxore Mausoli; Althæa, Œnii; Helenia, Menelai.

Nomina promotorum; Sherardia, a consule Smirnensi; usurpatorum, Nicotiana, a Joanne Nicot; Cinchona; Euphorbia.

Nomina celeb. Botanicorum plantis imposita: Lonicera, Marchantia, Marsilea, Mœrhingia, Montia, Robinia, Ruppia, Scheuchzeria, Valantia, Zanichelia, Stellera, Hotonia, Tozzia, Blasia, Riccia.

Nomina latina obscura, seu quorum fontes ignorantur: Abies, Acer, Allium, Alnus, Apium, Arbutus, Arundo, Atriplex, Avena; Bellis, Berberis, Betula; Carduus, Carex, Carpinus, Centunculus, Cicer, Cicuta, Cotula, Cucumis, Cucurbita; Equisetum, Ervum, Esculus; Ficus; Genista; Hedera; Illecrebum, Ilex, Inula, Iris, Juniperus; Laurus, Ligustrum, Lilium, Linum, Lolium, Lupinus; Malva, Milium; Opulus; Panicum, Papaver, Paris,

cogitati; sed in praxi quot exhibent obstacula! Primo, sæpe characterem essentialem generis a fructu, & specificum a flore desumit, nonne in hoc casu impossibilis evadit Diagnosis? Secundo, minutiis addictus invenit characteres essentiales in objectis, quæ vix, armato oculo, patent. Tertio, decem nova inveniantur genera in uno ordine Linnæano disponenda: spurii evadunt characteres essentiales antiquorum generum. Introducantur novæ species in aliquo

---

Pinus, Pisum, Populus, Porrum, Prunus; Quercus; Rosa, Ros-marinus, Rubus, Rumex, Ruscus; Salicornia, Sambucus, Scirpus, Secale, Solanum, Sorbus; Tamarix, Tilia, Triticum; Verbena, Veronica, Viburnum, Vicia, Vinca, Viola, Viscum, Vitex, Vitis, Ulmus, Ulva.

Nomina græca obscura: Aparine; Blitum, Boletus, Byssus; Cerasus, Carum, Cenchrus, Colutea, Comarum, Corylus, Crategus, Cuminum, Cytisus; Daucus; Elatine, Elvela, Eryngium; Fucus; Geum, Glaux; Isatis; Lathyrus, Lemna, Lichen, Lotus, Lythrum; Melica, Mespilus; Peplis, Peziza, Phleum, Phlomis, Polemonium; Rhamnus, Scandix, Scilla, Seseli, Sinapis, Sisymbrium, Sium, Spartium, Sphagnum, Spirea, Spongia, Stœchas, Statice; Taxus, Thalitrum, Thesium, Thuya.

genere : mutandæ erunt necessario differentiæ specificæ ; sed qui harum assertionum veritatem vult ponderare, colligat, sicut feci, varias editiones operum Linnæi : videbit quam sæpius copia novorum generum & specierum coactus, characteres suos mutaverit. Præter has difficultates plurimi Linnæo opponunt graviora momenta. Primo, non possunt tolerare suppressionem absolutam nonnullorum attributorum pro stabiliendis characteribus specificis, quæ faciles & egregias differentias suppeditant : huc veniunt sapor, odor, color, magnitudo absoluta, &c. Statuunt e contra, omnia attributa, quæ constanter adhærent alicui speciei, tuto posse adhiberi ; nullo modo moventur objectione centies allegata circa inconstantiam horum attributorum in nonnullis speciebus : pari enim jure, mechanica Linnæi partium attributa, scilicet situm, numerum, figuram repudiare deberent, utpote etiam mutabilia. His fretus rationibus invitus dereliqui principia Linnæana : ubicumque inveni attributa sensibilia, &

conſtantia, ea in brevibus deſcriptionibus nec-non in titulis characteriſticis conſignavi (*).

(*) Attamen ſi meditationum noſtrarum concluſiones ſequeremur, certe non tanta fuiſſet Linnæi authoritas quoad ideas generum. Vir iſte immortalis firmiter genera ſua naturalia affirmavit : certe talia ſunt uno aſpectu, utpote conſtructa, quia in fructificatione tales partes ab authore ſelectæ, ſimiles ſunt in datis ſpeciebus ſub generico nomine allegatis ; ſed alius auctor, aut Hallerus aut Adanſonius, has partes floris à Linnæo electas ut eſſentiales, repudiavit ut tales, aliaſque elegit : v. g. Linnæus in conſtructione generum ſæpe ſæpius parum conceſſit naturæ fructus, plurimum autem ſtaminibus, piſtillis, corollæ ; alii econtra fructus conſiderantes ut compendium futuræ plantæ, tot genera propoſuerunt, quot in uno manipulo plantarum, fructuum differentias viderunt. In familiis naturalibus majores pullulant difficultates : plurimi Galia omnia in unum genus cogunt ; alii horum plurima faciunt, quis æquiori jure ? omnes clamant, Naturam ſequimur ; nolumus frangere affinitates naturales : hoc principio, Boragines omnes ſeu Aſperifoliæ, Gramina omnia, Umbelliferæ, omnes Orchideæ, Ranunculaceæ, in unum genus confluerent : tunc quam difficiles, aut potius nonne impoſſibiles differentiæ ſpecificæ ! certe in generibus a Turnefortio, Linnæo, Hallero, propoſitis, arbitraria plurima evidenter adſunt : ut pote talia hæc mutarunt ad libitum alii, Ludvigius, Scopoli, Adanſonius, Crantzius. Horum genera magis attendendo ad alia attributa mutare poſſet novator alter : unde confuſio naſceretur talis, ut

Nomina generum Linnæana quotiefcunque fonora facillime retinentur, confervavi:

---

impoffibilis evaderet cognitio plantarum. Unus eligatur igitur auctor quem fequatur quifque abfque variatione: hoc momento ubique Linnæi Pinacem adoptavimus, quia folus complectitur nitida methodo omnes fpecies plantarum cognitas; quoad fpecies recenfendas in quaque regione, plurimæ nafcuntur difficultates. Plantæ ab influxu climatis, præfertim juxta latitudinem, ab influxu foli, varietates plurimas offerunt, quæ fpeciei veræ diagnofim reddunt difficiliorem. Galia Lithuanica nec-non Campanulæ, Plantagines, Veronicæ, aliaque genera nobis plurima hujus affertionis præbuerunt exempla. In hoc cafu Floræ alicujus regionis redactor quid peragere debet? Fideliter varietates defcribere fub quaque fpecie, bene & rigorofe determinatas. Certe ante Linnæum celebriores Botanici ad ridiculum varietates numerofas pro fpeciebus propofuerunt: vicini noftri Borruffi, præfertim Helwingius, tales plurimas adoptarunt; quot varietates ob leviffima difcrimina in fapore, colore, odore, fub primariis fpeciebus coordinavit Turnefortius, in immortali fuo Pinace, cui titulus Inftitutiones rei herbariæ: nullo figno varietates a fpeciebus diftinxit; fed tanta fagacitate fuas plantas difpofuit, ut facile fit ex citato auctore eruere fpeciem primariam cui fubordinavit mira catena omnes quas nofcebat varietates. Jam hoc annotavit Linnæus in utiliffimo opere feu in claffibus plantarum, vol. 8°; fed quod minus obfervatum, quando juxta ideas fuas Turnefortius nomina fpecifica condidit pro novis fpeciebus quas invenit, quanta fagacitas, quam ingeniofæ analogiæ! Qui noftræ admira-

quando talia, aut faciliora apud Hallerum aut Turnefortium vidi, ea absque

---

tionis in hoc casu fundamenta, seu motiva, noscere vult, legat corollaria hujus auctoris; quærat in institutionibus nomina specierum Pyrenaicarum, Hispanicarum, quas primus vidit Turnefortius.

Linnæus hunc abusum sentiens audacter in horto Cliffortiano delevit omnes varietates, inter quas occultatæ manserunt plurimæ veræ species, quas mitiori animo postea in posterioribus lucubrationibus, tum in speciebus plantarum, tum in systemate vegetabilium, tum in mantissis recognovit. Tales plurimas ad dignitatem speciei elevaverat Hallerus in immortali sua Historia Plantarum Helvetiæ: sed ut verum fatear, nonnulli ut novas species proposuerunt varietates meras, quas Linnæus amicis suis tales declaraverat, quasque vix ullus ut species cognoscere vellet. Terra pinguis, aut humida, aut sicca, planities, aut elevatio montium, in plurimis speciebus miras producunt differentias; ipsæmet species Linnæanæ plurimæ a futuris inquisitoribus ad varietates reducentur: huc veniunt Galia nonnulla, Campanulæ, Carices, Cardui, Centaureæ, Gentianæ, Plantagines, Orchides, &c. Novas species fere omnes examinaverat Linnæus, Halleri, Allioni, Gouanii, Gerardi, &c. Volupe est videre quam paucas tanquam species in ultimis suis lucubrationibus adoptavit; qui Cistos Hispaniæ, Centaureas Galliæ Narbonensis, Astragalos Siberiæ tractare vellet sicut recentiores nonnulli suas species fictitias novas tractavere: certe novas plurimas in his generibus proponere posset. Amicissimi nostri Latourrette decies vidimus innumeras varietates in tractu

ſcrupulo retinui ; mea , nomina trivialia Linnæana feci , quæ attributi plantæ adhærentis & ſenſibilis ideam excitant ; arbitraria plurima nihil ſignificantia , deſumpta a ſtatione , viribus , &c. repudiavi : ſed ubique deſcriptionibus noſtris nomina Linnæi , tum generica , tum trivialia ſubjeci , eaque ſola agnoſco tanquam legitima pro cita-

---

Lugduneo collectas. Ad attributa mechanica tantum attendendo facillime potuiſſet centum & ultra novas proponere ſpecies Lugduneas ; ſed ſagax iſte indagator principiis Linnæanæ logicæ , eas omnes varietates ſpecierum Linnæanarum in Chloride ſua Lugdunea agnovit. En alterum exemplum : celeb. Adanſonius , poſt publicatam Floram Monſpelienſem Gouanii , viſitavit campos hujus beatæ regionis ; in herboriſatione Montis Lupi agnovit ut novas ſpecies , plurimas centaureas aliaſque ſemifloſculorum : alumni qui hunc celebrem Botanicum concomitaverant , has putatitias ſpecies ad Gouanium attulerunt , qui rigoroſe ex epiſtolis Linnæi , cui ante decem annos fere omnes miſerat , ſpecierum in Pinace ſuo recenſitarum , declaraverat Adanſonianas omnes meras eſſe varietates : hoc exemplo in poſterum cauti ſint Floriſtæ , antequam pronuntient quid ſpecies , quid varietates. Lithuanicas , quæ cum Linnæanis ſpeciminibus non congruebant , deſcripſimus ſub quaque ſpecie , cum qua ſimilitudinem majorem offerebant ; judicent in poſterum novi Pinacis generalis auctores an ſpecies noſtræ ſint , an varietates.

tione plantarum in Pinace univerſali : aliter enim confuſio babylonica de novo naſceretur in arte. Qui autem indigenas tantum plantas alicujus regionis enumerant, nonne poſſunt trivialia ſibi eligere nomina, quæ ſpeciem recenſendam a côngeneribus ſuis verius deſignant : ſed talia nomina ſint relativa Regioni, non abſoluta, nec in Pinace generali introducenda ; valeant ſicut monetæ cupreæ, quæ pretium tantum in patria obtinere poſſunt. Igitur in noſtra enumeratione adjectivum nomini generico adhibui, quod attributum characteriſticum cujuſque ſpeciei deſignat. Raro pro triviali appellatione verba duo appoſui, plerumque ſupponitur ſubſtantivum in deſcriptione deſignatum : v. g. Paniculata ſignificat Plantam floribus paniculatis ; Lonicera nigra idem ſonat ac Lonicera fructu nigro.

Quoad deſcriptiones, breves plerumque propono tali modo exaratas, ut ſint quaſi delineationes plantæ. Tot accumulavi attributa quot ſunt neceſſaria, ut ſpecies ſolitatia inter omnes Lithuanicas dignoſcatur. Sic

tractavi plantas in tota Europa vulgares; rariores, & novas, aut dubias plenius descripsi; passim observationes post descriptiones adhibui. Varietates sedulo notavi: omittat illas, si lubet, qui scribit Pinacem omnium plantarum cognitarum, ne obruatur numero objectorum; sed qui proponit tantum plantas determinatæ regionis sancte varietates conservet: præter enim nonnullas utilitates œconomicas, quas exhibent, pretiosæ evadunt omnes pro Philosophis: his enim vident, quomodo Natura insensibiliter catenam omnium entium sublunarium, nullo relicto intervallo, contexuit.

Ubique stationem, tempus florendi, durationem cujusque speciei apposui: quia his datis, sæpe facilior evadit diagnosis plantarum. Præter Linnæanum omnia synonyma neglexi, quia centies repetita, iterum transcribere necessarium non crédidi: non video enim utilitatem hujus laboris; nomina igitur Bauhini, Turnefortii, & aliorum in Linnæi & Halleri operibus quærantur. Si tamen suppressio synony-

morum difplicet, ad calcem perducto opere, feparatim noftras plantas juxta methodum Linnæi, aut alterius exhibendo, facillime addere poterimus, antiquorum, & recentiorum fynonyma, auctorum qui figuras, defcriptiones, aut characteres tradiderunt.

Poft defcriptiones, nullas indicavi figuras, quia portatile opus defiderant Botanophili. Libri qui continent figuras, nimium ponderofi, vix in herborifationibus transferuntur. Nullus præterea auctor omnium plantarum Lithuanicarum figuras accuratas continet. Qui vellet colligere omnes libros, qui noftras aliquas, aut plurimas bene delineatas exhibeant, mille & ultra nummos aureos fpargere deberet : nullus certe ex botanophilis noftris has impenfas tolerare poteft : attamen ne nudus omnino appareat textus noftri operis, plurimas addidimus icones, aut rariorum plantarum, aut difficilium. Olim felici cafu redemimus figuras quas fub finem decimi fexti aut initio decimi feptimi fæculi, paraverat Richerus de Bel-

leval, primus Botanices professor ex professo designatus in Academia Monspeliensi, hortique regii conditor. Inter has non paucæ tam pulchre exhibent imaginem plurimarum nostrarum Lithuanicarum, ut gratum lectoribus nostris & utile donum offerendi occasionem amittere noluimus; reliquæ ejusdem auctoris figuræ, quæ rariores meridionales plantas aut Alpinas delineatas offerunt, in subsequentibus exercitiis apparebunt. Præter Richerianas, non paucas Loeselii icones propono; olim hujus Botanici Borrussi, utpote veri patris phytologiæ nostræ, editionem novam proposueram, jam diligenti Iconographo meliores figuras Floræ Prussicæ sculpendas tradideram; quas ad umbilicum perduxit, nunc propono; alias omisi, quæ Fungos, aut Muscos, aut Algas minus eleganter exprimebant. Loeselii opus nunc tam rarum, ut vix in tota Gallia unicum exemplar detegere potuerim. Præter has icones, tum Loeselianas, tum Richerianas, alias addidi non minus necessarias. Exercitia nostra Phytologica sunt practica

scientiæ

ſcientiæ opera ; his adjuti alumni, tuto ad plantas, quas vivas enucleavimus, juxta normam noſtram ſpecies ſimiles revocare poterunt; ſed voluimus difficultates quas ipſimet experti fuimus ſublevare. Vix alumni deſcriptionum ideas accuratas habebunt, ſi technicorum nominum veram ſignificationem ignorant. Hoc gravi momento inducti, varias partes plantarum delineare curavimus, ſeu radicum, caulis, foliorum, florum, &c. Harum omnium formas varias definitionibus & figuris illuſtravimus : has figuras accuratas conceſſit, jam peractas, Oederus in elementis ſuis botanicis. Sublato hoc duro Alumnorum impedimento, aliæ tollendæ manebant difficultates : Graminum nec-non Muſcorum diagnoſis difficillime eruitur, ſolis oblatis deſcriptionibus, etiam rite circumſcriptis, ſeu oblatis attributis cuique ſpeciei propriis ; ſed facile quiſque has plantas determinare poterit, conferendo ſpecimina cum figuris accuratis. Noſtrarum fere omnium, hac ratione ducti, figuras propoſuimus : tales Graminum accuratas

solus potuit nobis largiri Floræ Herbonensis auctor celeb. Leers in extricandis culmiferis verus Swamerdamius appellandus. In Flora Parisiensi accuratissimi Botanici Vaillantii, invenimus plurimas utilissimasque figuras, tum Muscorum, tum aliarum cryptogamicarum, quæ in tota Europa obviæ, alumnis utilissimæ erunt, ut in hoc scientiæ stadio tutius primos passus figere possint. Sic in subsequentibus exercitiis raras & bonas, cum descriptionibus, addendo Plantarum figuras, utilius opus reddemus. Sed hic caute agendum. Jam diximus in præfatione Systematis plantarum Europæ, *Non pro divitibus laboramus*; levioris crumenæ studiosi opera nostra dirigunt; in horum gratiam, volumus colligere descriptiones plantarum vulgarium aut utilium, quas agnoscere debent, ut Medici, Pharmacopœi, Ruricolæ: certe gratæ essent harum omnium icones fideles, non magnæ, non sumptuosæ, sicut Jacquinianæ, Oederianæ, aliorumque recentiorum; sed similes Bauhinianis, Clusianis, Richerianis, Barrellerianis, quæ vere natu-

tam exprimentes, mediocri pretio divulgantur.

Utiles sunt plantarum icones, diagnosim specierum facilitant; sæpe uno ictu oculi, a figura nomen plurimarum eruitur; sed harum magna collectio, scilicet ad duo millia pro cursu botanico, etiamsi essent elaboratæ ad normam recensitarum seu antiquarum, impensa sat magna supponunt; unde libri his ornati pretiosiores evadunt pro majori parte alumnorum: hi rigorose loquendo, vi systematum aut analysis methodicæ, duci possunt ad diagnosim specierum, præsertim si cujusque veram & accuratam invenient descriptionem characteristicam. Hoc gravi momento ducti, separatim offeremus icones nostras, ut quisque, ad libitum, emere aut relinquere possit. Si plurimis placent, harum redditus integros, sancta fide, impendemus in posterum, ut novas collectiones figurarum primis emptoribus tradamus. Sic paulatim meliores omnium plantarum, quas describemus, figuræ nitidæ apparebunt: Richerianæ, Loeselianæ,

Vallantianæ, Leersianæ primæ prodibunt; post has apparebunt Mentzelianæ ex pugillo, Linnæanæ ex Flora Lapponica, Seguerianæ Veronenses, Gerardianæ Gallo-Provinciales, Barrellerianæ Hispanicæ, Gallicæ rariores, Columnææ, seu quæ in Ecphrasi a plurimis amnis desiderantur, nec summa magna oblata obtineri possunt, Gesnerianæ omnes quæ characteres exhibent, tum ex Camerarii Epitome, tum ex posthumis a Schimidelio vulgatis, optimæ paucæ Joannis Bauhini ex historia plantarum, fideles fratris Caspari, tutæ & accuratæ plurimæ Dodonei & Clusii, nonnullæ propriæ Dalechampii, non paucæ Hallerianæ in variis operibus sparsæ. Sic paulatim in exercitiis nostris Botanicis exarabitur historia saltem plantarum, quas a 30 annis obtinere vivas potuimus; sic philiatri mediocri fortuna sustentati, omnia auxilia ad plantas cognoscendas obtinebunt: quoad ordinem, accuratum promittimus, juxta propositum, scilicet post historiam septentrionalium plantarum in planitie reperiendarum, meridiona-

lium proponemus, deinde Alpinarum; ſed harum icones faſciculatim publicabimus, prout quiſque auctor ſuppeditabit: unde hiſtoria inventorum non incurioſa naſcetur: inventor nobis dicitur, qui cujuſdam ſpeciei bonam deſcriptionem, accuratamque illius figuram publicavit: figuras plantarum Europæ tradendo, prout quiſque has divulgavit, facile erit videre quid quiſque arti adjecit.

In quaque ſerie alumni raras invenient ſpecies plantarum Lithuanicarum; liceat hic nonnullas revocare: in prima, nonnulla Galia, quæ non ſunt indicata in vicinis Floris, ſicut Valantia glabra, Campanula pyramidalis, vere ſpontanea, ſub climate noſtro confirmatur; ſingularis varietas Campanulæ thyrſoideæ in ſilvis noſtris invenitur, præter Campanulam lilifoliam, & alias, quas ad Linnæanas certe reducere non potuimus; Veronicas nonnullas in ſecunda collectione Alpinas, & Sibericas, vix ſperandas propono, præter maritimam, galeopſidem, &c. in eadem Dracocephalum Moldavicum vere circa Grodnam ſpontaneum, Pedicu-

laris sceptrum Carolinum, inter rarissimas numerantur; in tertia collectione nonnullæ Scabiosæ, duæ Carlinæ, Cardui tres, Hieracia plurima curiosorum attentionem merentur. In aliis seriebus quæque collectio raras, & passim rarissimas nobis dedit plantas. In his invenient Rhamnum alpinum, Evonymum verrucosum, Potentillam albam, Saxifragam hirculum, Gentianam amarellam, Pyrolam minorem, unifloram, umbellatam; Eryngium planum, amethystinum; Laserpitium prutenicum, Chærophyllum aromaticum, Cypripedium calceolum, Orchidem cucullatam, Ophrydem Loefelii, Monorchidem, Corallorhizam, &c. &c. &c.

Quoad numerum plantarum, Floram divitem non promitto. Notum est enim, quo terræ remotiores sunt ab æquatore, eo pauciores inveniri species, etiamsi ubique observetur æqualis numerus individuorum. Regnat Flora nostra sub gradu quinquagesimo tertio latitudinis: igitur beatæ Galliæ ornamenta offerre non potest: attamen sua habet propria, non contemnenda. Præte-

rea terram tantum calcavimus Mediterraneam : paucas tantum habuimus maritimas a sagaci Botanico collectas. Nulli veri montes inveniuntur circa Grodnam ; igitur paucæ tantum alpinæ sperandæ, quæ potius temperiem frigidam amant, quam altitudinem soli. Quinimo etiamsi avidus, & sat alacris in inquisitionibus, recessus omnes attente perlustrare non potui, præsertim in magnis silvis nostris, in quibus a recessu maris, vix unus homo potuit penetrare. Fere quolibet anno gravissimis morbis obnoxius, integros menses amisi. Praxi in Nosocomio Regio per quinquennium addictus, nec potui, nec debui integrum laboris tempus amasiæ meæ Floræ donare. Directio Scholæ Regiæ Medicæ, officia professoratus quaque die aliquas horas sibi arripuerunt. Horti Regii Botanici dispositio, observatio plantarum exoticarum, ultra duo millia specierum introductarum, dies plurimos syreneis blanditiis mihi sumpserunt. Furta quædam etiam Floræ feci in gratiam Mineralogiæ,

& Zoologiæ Lithuaniæ. Has temporis jacturas aliquo modo compenſavi auxilio Alumnorum, qui variis temporibus, & quaque die vacationum in Œconomiis Regiis miſſi, egregias plantas detexerunt, quas certe omiſiſſem. Juvenes robuſti, & alacres, æſtum, nociva paludum effluvia, diuturnaſque excurſiones tolerare potuerunt, quæ vires meas ſuperabant, præſertim temporibus convaleſcentiæ.

Præter ſolum Grodnenſe varia itinera ſuſcepi, perluſtravi omnes ſilvas, & campos Grodna tranſeundo per Krynki, & Brzeſc, alia occaſione Grodna Varſaviam, tranſeundo per Bialyſtok, ſed verſus orientem, & ſeptentrionem non ultra Novogrodoc & Vilnam progreſſus fui. Circa Varſaviam per tres menſes herbationes peregi; eaſdem præter paucas ſuo loco recenſendas ſpecies inveni, quas circa Grodnam. Igitur regnat certe Flora noſtra iiſdem fere legibus Vilna uſque Varſaviam. Quoad reliquas provincias Poloniæ, tantum verificavi Autumnales Cracovia Varſaviam, quæ pleræque ſunt

noſtræ Grodnenſes : eædemque forte ſperandæ æſtivales, & vernales.

Mirabuntur forte nonnulli, quod in quaque collectione deficiant quædam ſpecies in tota Europa obſervatæ : ſed nondum in Lithuania invenire potuimus. Nullas enim allegavimus niſi certo collectas in Lithuania. Quando aliquas ſpecies Varſavienſes a nobis verificatas deſcribemus, ſemper expreſſe ſtationem circa Varſaviam indicabimus.

Sic præfatus fueram, quando anno 1781 primam & ſecundam ſeriem plantarum Lithuanicarum typis mandavi Grodnæ, ſub forma exercitiorum academicorum aut theſium. Hæ in typographia regia, impenſis regis impreſſæ, non ultra centum exemplaria extractæ fuerunt, ad uſum alumnorum aut curioſorum; quinimo typographi hujus regionis nondum compoſitionibus botanicorum operum aſſueti, numeroſa ſphalmata reliquerunt ; nunc ſuaſu amicorum has theſes relegi, menda ſuſtuli, pauca nova addidi. Jam in ſyſtemate plantarum Europæ catalogum ſpecierum Grodnenſium propoſui,

additis numerosis observationibus relative ad plantas rariores Lithuaniæ ; sed in hoc opere recognito communes & raras exhibeo. Omnes recentes & vivas descripsi, sæpe nullo modulo sumpto ; sed in communibus plerumque post rigorosam determinationem ex descriptione Halleriana, hanc ipsam descriptionem utpote ex typo naturæ optimam recognitam pro modulo sumpsi, mutatis plurimis nominibus, ut uniformes omnes apparerent descriptiones ad normam Linnæanam : Hallerus enim sæpe mutat nomina technica, petiolum nominando, quod pedunculum appellat Linnæus ; sic plurimæ meæ descriptiones sunt Hallerianæ quasi larvatæ, sed spondeo veras. Bis has cum speciminibus vivis verificavi ; fatentibus præsentibus amicis & alumnis, omnes veram speciei propositæ picturam exhibebant.

Quando dereliqui academiam Vilnensem, jam ad umbilicum ductæ erant & typis mandatæ monopetalæ regulares, irregulares, compositæ, polypetalæ. Apetalæ calycinæ, & petaloideæ acalycinæ, jam paratæ erant. In

his præter paucas dubias, quas illuſtrandas ſeparaveram, in alio opere, cui titulus erat *Indagator naturæ in Lithuania*, omnes obſervationes ad viva ſpecimina propoſuetam, quas in promptu habebam, ſed quoad Gramina & Cryptogamicas, nondum plenarie elaboratum erat opus; Gramina quæ tuto determinaveram, ſeu quæ rigoroſe congruebant cum figuris aut ſpeciminibus herbarii mei viva deſcripſeram; ſed plurima præſertim inter carices dubia manebant, quæ hiemali tempore anni 1783, trutinare debebam. Simili methodo Muſcos, Lichenes tractaveram, ſeu ſpecies quas vere & rigoroſe cum ſpeciminibus herbarii contuleram, & quas vivas deſcripſeram, remotis plurimis dubiis quas pro ulteriori examine reſervaveram. Has omnes deſcriptiones fideliter miſerunt curatores academiæ Vilnenſis, cum aliis manuſcriptis, nec-non cum magno meo herbario, ſed retinuerunt aliquo jure totum herbarium Lithuanicum, in quo farrago manſerat omnium harum dubiarum, tum graminum, tum Cryptogamicarum, tum etiam non-

nullarum in aliis feriebus reponendarum: Coactus igitur, quoad Gramina & Cryptogamicas, propono defcriptiones meras, abfque obfervationibus fpecialioribus. Aft fungos duplici modo elaboravi; ab anno 1775 ad anno 1778, quando tales inveniebam, cum Gleditzianis & figuris celeberr. Schæfferi denominabam. Sic natus eft catalogus Fungorum in Chloride Grodnenfi propofitus; fed annis 1779 & 1780, omnes quos vidi in Lithuania, defcripfi, fpecimine præfente vivo: has defcriptiones bis terve verificatas in hoc opere propono. Fungorum gens difficillime coordinatur; nondum proceres artis limites fpecierum & varietatum pofuerunt; paucas fpecies admifit Linnæus dicendo: *Paucas fpecies Fungorum recenfeo, ut evitem varietates, quæ plures funt quam vulgo creditur, & quidem fæpe aliena genera conftituentes, adeoque in his etiamnum valde deficit Res Herbaria.* Plurimas adoptavit Hallerus, numerofiores adhuc Schæfferus. Meos Fungos, ficut vidi, propono: fint fpecies aut varietates, parum mihi re-

ſert. Sic quiſque rigoroſe deſcribat in ſua regione omnes quos invenerit Fungos; poſtea novus Linnæus, has omnes deſcriptiones enucleando, poterit forte veram harum plantarum hiſtoriam proponere.

Sic nata eſt nova prorſus Flora, ſeu Lithuanica. Quando arva Grodnenſia perluſtravi, poteram prævidere plantas ibi reperiendas, præſertim attendendo ad ſpecies quas propoſuerant Loeſelius & Vulffius in Flora Borruſſica, aut quas propoſuerat Reygerus, repertas circa Dantiſcum; duæ iſtæ civitates Dantiſcum & Regiomontanum ſimilem fere gradum latitudinis exhibent; etiam conferendo plantas circa Varſaviam ab *Erndtelio* repertas, in Lithuania reperire ſpes erat; ſed analogias tales non tolero: quæſivi ſedulo ſpecies quas Loeſelius, Reygerus, Erndtelius indicarunt; ſed nullam harum admiſi, quam ipſemet non videram vivam, in regione noſtra certo collectam; haſque quærendo plurimas alias ab his auctoribus non recenſitas inveni: attamen omnibus penſitatis, catalogum Erndtelianum antepono; quia

Erndtelius discipulus Rivini, comes assiduus peregrinationum in Alpibus Scheuchzeri, amicusque optimi Botanici Heucheri, qui species plerasque Varsavienses verificavit, vulgatuto denominavit : has enim fere omnes post illum inveni circa Varsaviam ; rarasque non paucas etiam tuto designavit, quas ipsemet etiam postea in iisdem locis observavi. Quinimo sub quoque nomine primario plerumque Erndtelius unam aut alteram figuram citat ad corroborandam diagnosim non inutilem. Non ignoro duram censuram Halleri, tum in enumeratione, tum in methodo studii botanici, quam paulo mitiorem repetiit in Bibliotheca Botanica; certe Erndtelius, in Fungis exscripsit, fere verbo ad verbum, Mauritium Hoffmannum in silvestribus deliciis; sed apposuit sat frequenter textui Hoffmanni notulas quæ probant localis veritatem inquisitionis : hoc sensu recentiores & alii antiquiores, qui Casparum Bauhinum, Turnefortium & phrases Linnæanas exscribunt, meri essent compilatores contemnendi. Cæterum Erndtelius

clinicæ etiamſi deditus, amabat plantas. Has etiam ſenex pedeſtribus itineribus ſedulo quærebat, in herbariis deſſicabat, ſicut mihi affirmavit celeb. doctor Reimann, qui juvenis cognovit Erndtelium: iſte non paucas raras, etiam rariſſimas ſpecies propoſuit certe indigenas circa Varſaviam, unde hoc titulo primus verus parens Floræ Polonicæ nominandus; nam ante illum Bernitzius nomina tantum proponit abſque ſynonymis: unde impoſſibile eſt definire ſpecies quas ſub oculis habuit: hujus Bardana cærulea, eſt Eryngium ametyſthinum; ſed quis hanc analogiam eruere potuiſſet niſi qui talem plantam vulgarem circa Varſaviam obſervavit? Cæterum nonnullas Polonicas appellat, quæ in hac regione certe non ſunt ſpontaneæ: huc veniunt Aſclepias nigra, Barba jovis, Allium alpinum, Ariſarum anguſtifolium, Momordica. Scribebat Bernitzius anno 1650; præter catalogum nonnullas utiles aut curioſas annotationes relative ad plantas Polonicas in Ephemer. Germanicis propoſuit, de Muſco pulmonario monſtroſo, de Lycopodio monſtroſo, de utilitate Cocci Polonici.

In textu noſtro vacua agnoſcere poterunt rerum periti : talia video in claſſe Graminum, talia in Apetalis , talia in Cryptogamicis ; in Chloridi indicantur ſpecies quas in Flora non deſcripſi : Hæ ſpecies Chloridis tuto vivæ fuerunt determinatæ ; ſed obrutus variis negotiis , dato tempore deſcribere non potui. Potuiſſem ſupplere huic defectui, ex ſiccis ſpeciminibus tales omiſſas deſcribendo, præſertim conferendo deſcriptiones cum ſimilibus authorum ; ſed malui hiulcos locos derelinquere , quam fidem datam debilitare ; nam nec unum verbum in tam amplo textu apponere volui, niſi dictitante natura, enucleatis partibus plantarum vivis. In hoc puncto fere omnes Floriſtæ peccarunt ; quæſiverunt quaſi æmulatione communi abrepti numerum magnum ſpecierum ; voluerunt omnes proponere Floram divitem : hoc deſiderio propulſi, poſt leve examen , ex imperfectis deſcriptionibus ſpecimina judicarunt , ex hiſque raras propoſuerunt ſpecies , certe non inveniendas ſub data latitudine. Sic in Flora Suecica & Danica , invenio nonnullas meridionales

plantas,

plantas, quas vix ut cives agnofcerem; quafque, fi repertæ in campis harum regionum, advenas declararem. Sic prope Novogrodecum, inveni nonnulla tantum fpecimina Verbenæ officinalis & Salviæ pratenfis; fic in uno horto prope Varfaviam collegi florentem Mercurialem annuam. Talium femina afferuntur mixta cum tritico aut aliis cerealibus, quæ Agricolæ, ut renoventur frumenta, obtinent ab exteris. Meo fenfu plantæ veræ alicujus regionis indigenæ, funt illæ tantum, quæ magna quantitate læte crefcunt in fuo loco, præfertim in terris Naturæ actioni derelictis. Econtra iftæ quæ in cultis marcidæ, minima quantitate paffim, uno aut altero tantum anno reperiuntur, videntur advenæ, cafu enatæ, nec ulterius propagandæ; inter has tamen advenas nonnullæ indigenatum fuis viribus obtinent; hunc (ut harum fint exempla) in Lithuania obtinuerunt: Hedifarum onobrychis, Erigeron canadenfe, Œnothera biennis, Medicago fativa, Polymorpha, Ornithopus perpufillus, Amaranthus viridis, &c.

Inter plantas cujusque regionis 800 circiter fuerunt determinatæ sub quoque gradu latitudinis, a mari Mediterraneo ad Balticum; aliæ Europææ, scilicet circiter 2000, varia proportione sparguntur a septentrione ad meridiem; circiter 200, aut propriæ septentrionalibus, aut copiosius ibi inveniuntur; 800 circiter sub quoque gradu latitudinis, elevationem soli indicant, seu sunt Alpinæ; in Alpibus tamen Norvegiæ & Lapponiæ pauciores nascuntur species; numerosiores in Alpibus meridionalibus, sicut in Pyreneis; eadem igitur proportione ac Mediterraneæ planitiei computantur Alpinæ. In temperatis Europææ regionibus a Danubio ad Lugdunum, non computatis Alpinis, ubique fere sub quoque gradu, scilicet, supposito circulo duorum milliarium diametri, circiter 1200 species inveniuntur: in tali spatio, a mari Baltico ad fines Lapponiæ, vix 800 veræ species extricantur; sed a littoribus Mediterranei maris ad Gadem aut Napolim, crescit numerus specierum, sensim progrediendo ad calidiores plagas. In his saltem

2000 ſpecierum, in quoque diſtrictu duorum milliarium reperiuntur, v. g., circa Ulyſſi pontem, Napolim : igitur a Napoli ad Oboam minuitur ſub quoque gradu numerus productionem vegetantium ; ſed hæc proportio paululum mutatur a varietate ſituum ſub quoque gradu, v. g., quando in diſtrictu dato, ſicut circa Grodnam aut Lugdunum, omnes ſpecies inveniuntur ſtratorum terræ, elevationes, depreſſa loca, ſtagna, flumina, paludes, rivi : tunc numeroſiores obſervari poſſunt ſpecies plantarum. Præterea genera nonnulla, ſub variis gradibus altitudinis in Europa, aut inveniuntur aut deficiunt ; ſic in ſeptentrionalibus numeroſiores aut frequentiores ſunt : Lichenes, Bria, Mnia, Jungermaniæ, Carices, Fungi, nonnulla Galia ſicut Boreale, Aſperula tinctoria ; Campanulæ nonnullæ ſicut ſuaveolens, Lilifolia, Pulla, Cervicaria, Thyrſoidea, Linnea borealis ; Ranunculi nonnulli, Caſſubicus ; Ringentes, Pedicularis ſceptrum carolinum ; Labiatæ, Dracocephalum Ruiſchiana ; in meridionalibus,

Cardui plurimi, quos frustra quæreres in septentrione, Centaureæ plurimæ, Cisti, &c. in Alpibus quot species propriæ, Aretiæ, Androsaces, Pediculares, Saxifragæ. Sed, quod probe notandum, sub quoque gradu nonnullæ species parca aut magna quantitate crescunt, quas frustra indagares sub aliis gradibus; sic circa Grodnam Dracocephalum Moldavica, Leonurus unus. His positis, si harum plantarum collector, species facillima methodo coordinare vult, eligat sibi unam stationem, omnes hujus regionis evolvat species, has data methodo disponat, describat tali modo ut cuique attributa propria enuntientur; hoc peracto, simili analytica methodo referat species proprias alterius regionis. Sic botanica scientia, quæ propter copiam objectorum difficilis semper apparuit, facillima evadet. In quaque regione species vere indigenæ vix multum superant millenarium: his segregatis, sicut revera natura separavit, quam numerosi facilesque eruentur characteres distinctivi seu essentiales! His bene cognitis, segregentur species alteri

regioni propriæ : tunc, utpote pauciores, facilius adhuc fecernentur. Veræ alpinæ feparatim tractentur, ficut vere Natura has feparavit ab aliis. Meridionales etiam nunquam invenientur in feptentrione. Herbationes peregi a feptentrione ad meridiem : plantas, quas collegi fub quoque gradu volui coordinare meo modulo ; elegi primo Lithuanicas, quia has trutinavi fpatio octo annorum ; deinde proponam Lugduneas, quas etiam attentius examinavi ; poftea meridionales, quas per triennium circa Monfpelium vidi, aut circa Narbonam, aut in Hifpania : his trutinatis, feparatim proponam fpecies, quas vivas collegi in Pyreneis, Alpibus Lugduneis, Delphinalibus & Helveticis. Sic nova facilique methodo proponere potero hiftoriam plantarum Europæarum circiter 2800 fpecierum, quas in herbariis meis rite præparatas poffideo. Hac analyfi nonnullæ illuftrabuntur ; non paucæ annotationes ex vivis eruentur ; felix, terque felix ! fi cui fanæ mentis guftum amœniffimæ fcientiæ evolvam, aut fpinas horridas quas mihi obtulit, emollire poffim.

His peractis, aliud non minus utile opus restat agendum, scilicet, Geographia vera botanica. Desiderarem Mappam generalem Europæ, in qua spargerentur omnes plantæ, quæ libere & sponte crescunt sub omni latitudine; deinde delinearentur Mappæ cujusque regionis, vel topographicæ in quibus plantarum nomina juxta fluvia, supra montes, &c. delinearentur, prout autopsia sæpe repetita fuerunt designatæ. Desiderarem ut quisque Florista, in charta excursiones suas exprimente seu herbationes, designando loca cum nominibus pagorum, Villarum, Vallium, Montium, Amnium, Rivorum, Paludum, Stagnorum, indicaret nominibus impressis, species Plantarum cuique regioni proprias.

Olim ab anno 1776 ad annum 1781, talem elaborandam pro tractu Grodnensi Mappam geographicam suscepi; a geometris regiis Œconomiarum varia fragmenta hujus Mappæ delineata obtinui: in his specierum cuique pago, &c. nomina apposui; sed nescio quo fato Phyllira istæ amissæ.

nunc tantum ſub oculis habeo Mappam hujus tractus generalem, ſat accuratam, in qua exaraveram nomina omnium plantarum, quæ ſponte creſcunt in tota Europa. Si cujuſque regionis tales Mappæ proponerentur, ſumma utilitas ex his obtineretur, ſicut attendenti patebit: utiliores evaderent, ſi cuique ſpeciali Mappæ, varia ſtrata terræ indicarentur, lapidum, necnon nomina animalium: talem Mappam pro quadrupedibus perfecit clar. Zimmermann Brunſwicenſis.

INDEX NOMINUM

PLANTARUM LITHUANICARUM.

A

Finis Indicis.

SERIES

SERIES PRIMA.

COROLLÆ UNIPETALÆ.

COLLECTIO PRIMA.

Corollæ calice involutæ, Simplices uniformes.

FASCICULUS I.

PLANTÆ LIGNOSÆ,

Corollæ unipetalæ, Stamina duo, et Stilum unum includentes.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES REGULARES.

Racemo magno.

1. Lilac cordato folio.

FRUTEX sex aut decempedalis. Folia cordato-Lanceolata. Flores parvi, suaveolentes, racemosi: Racemo crasso, palmari. Fructus: capsula plana, rubescens.

Syringa vulgaris. L. florens maio, in hortis derelictis. Frequens. Grodnensis, Lugdunea.

bservatio. Squamæ gemmæ magnæ, craſſæ : duæ gemmæ foliferæ, una intermedia florifera. Ramuli novi herbacei. Calyx brevis, quadridentatus : dentibus ſæpe inæqualibus. Segmenta corollæ erecta, concava, rotundata ; filamenta antheris breviora quæ ſunt magnæ, didymæ, luteolæ, glabræ ; ſtamina piſtillo paulo breviora ; filamenta juxta totam longitudinem tubo corollæ agglutinata ; ſtigma bifidum. Petioli canaliculati. Baſis foliorum in petiolum producta ; pedunculi villoſi, pilis fuſcis : bracteæ ad baſim pedunculi cujuſque racemuli : nunquam circa Grodnam fructus evolvitur. Specimina cum fructu preparavi prope Lugdunum collecta, plana, utrinque acuminata, octo linearum longa, quatuor lata, adhuc prima julii viridia, pauca in racemo, a ſex ad octo.

Folia ſubacria. Flores gratum odorem ſpargunt. Semina ſubſtiptica.

Planta coronaria, culta propter pulchritudinem & odorem florum, ſolldiores ſepes conſtituit & tonſione pulchram formam adipiſcitur. Facillime hic frutex, etiamſi e Perſia in Europam tranſlatus, ſuſtinet frigus intenſiſſimum ; nunquam circa Grodnam ſemina evolvuntur, malleolis facile propagatur. Nondum in officinis introductus : attamen folia roborantia, ſtomachica, ſæpe fauſto eventu in debilitate ventriculi a copia pituitæ adhibuimus. Flores meliori jure quam plurimi alii admittendi ſunt cordiales. Semina in diarrhœis a debilitatione inteſtinorum utilia.

Rami, propulſa medulla, fiſtulas exhibent pro tabaci fumigatione.

Racemo parvo.

2. Liguſtrum anguſtofolio.

Frutex ſempervirens. Folia lanceolata, glabra. Flores ra-

cemosi : racemo parvo. Corollæ suaveolentes, albæ. Fructus : bacca rubro-nigra.

Ligustrum vulgare. L. florens julio : passim in hortis derelictis. Grodnensis rara, Lugdunea communis.

Obs. Rami flexiles. Folia sicca, saturate viridia, circa Lugdunum sempervirentia. Passim segmenta quinque corollæ invenio cum tribus staminibus.

Folia amara, acria, substiptica. Flores grati odoris. Baccæ amaræ. Planta officinalis, tinctoria & œconomica. Decoctum foliorum utile sub forma gargarismatis contra anginam aquosam, ad roborandas gingivas in scorbuto: injectio non contemnenda pro supprimenda gonorrhœa post extinctionem veneni. Non frustra præscriptum in ulceribus saniosis & putridis; caute in diarrhœis concedendum, specie morbi rite cognita. Infusio florum & aqua distillata, commendata adversus fluxum album, gonorrhœam, inflammationes oculorum chronicas a sero acri; sed vires istæ confirmandæ. Cæterum, folia, flores, baccæ rite administratæ egregios effectus promittunt.

Baccæ nigrum suppeditant colorem; cum acidis, sale Glauberi & spiritu salis ammoniaci tractatæ dant rubrum, cum urina purpurescentem, cum vitriolo martis viridem. Succo baccarum mercatores vino intensiorem colorem conciliant.

Facillime propagatur surculis ex radice; præstans pro operibus topiariis; sepes humiles pulchræ formæ constituit; lignum durum tornatoribus non inutile.

COROLLÆ ROTATÆ REGULARES.

Stamine quinqua. Stili tres.

Floribus variis.

3. Opulus lobatofolio.

Frutex decempedalis. Folia lobata, dentata; lamina infera ſubvilloſa. Glandulæ ad baſim folii. Flores ſubumbellati; ſteriles majores in circumferentia. Fructus : Baccæ rubræ, amaræ, acres.

Viburnum opulus. L. Silvaticus, Grodnenſis, in humidis. Lugdunea. Florens maio.

Var. flore pleno : paſſim in hortis.

Obſerv. In ramis medulla ſat copioſa : ſublato cortice cinereo, tria ſegmenta circuli conſtituunt circulum rami. Flores ſteriles primi evoluti; calyx minimus; corollæ albæ; bracteæ minimæ; ſtamina corolla longiora; duo paria glandularum ad finem petioli ſeu ad baſim folii; corollæ irregulares, planæ, abſque tubo, niveæ; corollæ diſci minus albæ, tubuloſæ, regulares; antheræ didymæ, albæ; ſtipulæ filiformes quatuor ad originem petiolorum : una ſæpe tantum glandula in extremitate petioli canaliculati canali colorato.

Planta œconomica officinalis. Baccæ ſucco rubro plenæ, amaræ, acres autumno, ſubacidæ poſt hiemem. Folia & ſemina acerba. Lithuani raucedine afflicti coquunt baccas cum melle, affatimque bibunt decoctum cum levamine. Pulchrum colorem rubrum ſuccus baccarum largitur. Neſcio quo fato Practici non tentarunt experimenta cum baccis : analogia ducti plurimas egregias vires prævidemus. Lignum opuli inſervit pro pectinibus textorum.

Cyma quinque-partita.

4. Sambucus arborefcens.

Frutex ramofiffimus, quindecimpedalis : ramis medulla levi repletis. Folia fœtida, impari-pinnata : foliolis quinque aut feptem, ovato-lanceolatis. Flores cymofi feu fubumbellati : umbella quinque partita. Corollæ albæ, fuaveolentes. Fructus : Baccæ nigræ.

Sambucus nigra. L. florens junio : Grodnenfis, Lugdunea, prope hortos.

Obferv. Corollas inveni cum fex et feptem laciniis : tunc fex aut feptem ftamina ; fic etiam adaugetur numerus fegmentorum calycis ; fæpius in bacca femina tantum duo invenio ; fegmenta corollæ extus inverfa, ftaminum filamenta curva, ftili breviffimi ; ftipulæ quatuor fetaceæ ad bafim petiolorum. Prope Lugdunum, in loco dicto *Fontanière*, eft fambucus juxta viam S. Laurentii, ftupendæ altitudinis & craffitudinis ; truncus diametri unius pedis, rami inferiores diametri fex pollicum.

Planta œconomica, officinalis. Flores aromatici, penetrantes ; folia acria ingratum fpargunt odorem proprium ; cortex medius acris ; baccæ dulces, fubnaufeabundæ. Plurimas folus hic frutex indicationes adimplere poteft, tum in acutis, tum in chronicis morbis ; vis tamen prædominans eft cathartica : ineft in cortice, foliis, feminibus & baccis. Flores recentes magna dofi alvum certo laxant, defficati fudores eliciunt. Si fuccus foliorum parva dofi fumptus, non purgat, fluxum urinæ adauget. Turiones foliorum in acetariis magna quantitate comefti emefim excitarunt. Infufum florum intus cum melle datum in febribus malignis cum exanthematum eruptionibus, fuppofita virium proftratione, miro modo

ſublevat naturam, criſimque accelerat. Extus in eryſipelate febrili ſuſpecta applicatio, raro iners, ſæpe funeſta. Succus baccarum in morbis acutis, præſertim inflammatoriis, intus præſcriptus, raro utilis, vana vis ſaponacea; narcoticum principium, nauſeabundum prædominans, ſæpe funeſtum determinat eventum, ſicut ſæpius experti fuimus. Foliorum ſuccus recens vere purgans, utile in pleriſque morbis chronicis: ſed ſæpe tormina excitat.

Lignum flavum vetuſtæ ſambuci ſatis durum pro operibus variis tornatorum; baccæ gallinas, flores pavones necant. Cum Linnæo umbram ſambuci hominibus crederem noxiam: poſt ſomnum ſub ſambuco patulo una vice dolorem capitis cum vertigine amicus meus expertus eſt.

Cymis trifidis.

5. Sambucus Herbacea.

Caulis tripedalis, herbaceus, ramoſus, ſulcatus. Folia ſambuci, pinnata, foliolis longioribus ſeptem & novem; ſtipulæ majores, dentatæ: cyma tripartita. Segmenta calycis apice rubeſcentia; corollæ majores; ſegmentis apice rubeſcentibus; filamenta nodoſa; ſtigmata obſcure rubra: bacca nigra, macilentior.

Sambucus ebulus. L. Nunquam inveni circa Grodnam; ſed juxta amnem Villia, anno 1781, copioſe florentem obſervavi prope Vilnam Frequentior circa. Lugdunum.

Obſ. Herba officinalis, œconomica. Qualitates præcedentis, ſed vehementiores. Roob ex baccis paratur, in obſtructionibus certis experimentis utile. Decoctum foliorum & radicis egregium purgans. Folia in cataplaſma contuſa, & leviter torrefacta, chronicos rheumatismos, me præſente, aliquoties poſt enormes ſudores locales radicitus evulſerunt: ſic valet cataplaſma in œdematoſis tumoribus.

Baccæ tingunt violaceo colore. Herba horreis immiſſa non pellit mures, nec ſanat ſcrophulas porcorum.

Cum baccis debita enchireſi paratur vinum non ingratum, diſſipato fermentatione principio narcotico. Maturæ baccæ linum fuſco colore tingunt.

COROLLÆ ACALYCINÆ INFUNDIBULIFORMIS.

Stamina octo.

6. Thymelæa præcox.

Frutex ramis flexilibus. Flores caulini ſeſſiles, ante foliationem erumpentes, ſpicam cylindricam formantes. Poſt florum expanſionem folia ramos terminantes evolvuntur, lanceolata, hieme decidua, lævia. Corollæ parvæ, nudæ, purpureæ, odoræ, tubuloſæ, quadrifidæ: plerumque tres ex una gemma; ſtamina octo in tubo occultata; ſtilus unus, brevis. Fructus: bacca rubra, ovata. Semen unum, ovato-acuminatum, nuce rotunda involutum.

Daphne mezereum. L. Grodnenſis, communis in ſilvis; florens ex primis martii initio: Lugdunea, montana.

Obſerv. Paſſim invenitur flore albo: ſæpe flores ſolitarii naſcuntur. Prima tempore floreſcentiæ folia adhuc involuta in gemma terminali.

Planta officinalis. Odor corticis recentis a ligno ſeparati virulentus. Flores ſuaveolentes; cortex primo momento maſticationis vix acris, ſed poſt ſemi-quadrans comburit fauces acrimonia diu & pertinaciter peragente. Baccæ non ſunt ingratæ, ſed ſaliva ſolutæ, ſicut cortex & folia acerrimæ ſunt. Ulcera cancroſa certis experimentis pulpa baccarum fuerunt ſanata; intus pulvis & decoctum etiam baccæ, aut ſimpliciter ſemina, venenorum effectus exhibent, vomitum cruentum, dyſenteriam, tormina

convulsiones, mortem procurant. Sed quidquid clament timidi Practici, forte sera dies demonstrabit sola venena nostra acria vegetabilia efficacia suppeditare remedia contra morbos cum tono amisso, lentore & stagnatione humorum. Huic assertioni jam plurimæ certæ observationes fulcrum suppeditant. Quid valent externa vesicatoria, interna possunt valere pro debellandis plurimis morbis frustra ab anodynis Medicis agressis. Acrior pulsatilla jam ab immortali Storckio minima dosi fuit administrata faustis subsequentibus effectibus : quare mezereum non tentarent Pratici ? Folia siccata cum mucilagine pulverisata mixta, impune dosi granorum duorum devorantur. Hæc intelligentibus pauca sufficiant.

COROLLÆ GLOBOSO-CAMPANULATÆ REGULARES.

Stamina octo aut decem, Stilus unus.

Fructu capsulari. Capsula tetragona.

7. Erica glabra.

Suffrutex sempervirens : caules ramosi, procumbentes ; inde rami erecti. Folia numerosissima, minima, erecta, imbricata, glabra. Ramuli quadrangulares ; inferiora folia sagittata. Flores racemosi, subspicati, uno latere subnutantes. Calyx coloratus ; corolla calice brevior, quadrifida, purpureo-violacea ; stamina octo. Fructus : capsula tetragona.

Erica vulgaris. L. communis. Silvatica, florens augusto. Grodnensis, Lugdunea.

Obs. Plurimi caules inæquales, ex una radice fulvo-castanea. Folia opposita, sagittata seu ornata duobus appen-

dicibus : inde triangularia, feffilia ; ex quoque tali folio ramuli longitudine fex linearum, onufti quatuor ordinibus foliorum : inde quadrangulares. Foliola ifta glabra, minima, ramufculo appreffa. Flores fubnutantes ; corolla bafi alba, apice rofea ; ad bafim pedunculorum folia haftata, longiora.

Planta œconomica. In bafi corollæ femper guttula mellis reperitur : quando floret, apes conftanter terras ericas producentes occupant ; an inde mel ruffum, ficut pronuntiavit Linnæus, dubitare fas eft. Pro induratione coriorum infervire poteft, utpote aftringens. Nondum in officinis introducta.

Capfula fubrotunda.

8. Andromeda Rofmarinifolio.

Fruticulus erectus, pedalis. Folia alterna, lineari-lanceolata : oris contractis, fuperne viridia, inferne glauca. Pedunculi aggregati, longi, purpurei. Calyx coloratus. Corolla fubglobofa albo-purpurea, ora contracta. Stamina decem. Fructus : capfula fubrotunda.

Andromeda polifolia. L. florens augufto, Grodnenfis : Lipska, in humidis fylvis.

Obferv. Segmenta calycis quinque. Corolla globofo-oblonga poft fecundationem laceratur : tunc inverfa apparet, ftaminibus nudis ; filamenta violacea ; antheræ aurantii coloris. Germen rubrum quinqueangulatum. Pedunculi faturate rubri. Bracteæ duæ minimæ, breves ad mediam partem pedunculorum. Flores fafciculatim evolvuntur verfus fummitatem caulis. Caules tenues nigrefcentes.

Plurima fpecimina offerunt folia longiora, flores albos.

Fructu baccato, foliis deciduis.

9. Myrtillus niger.

Fruticulus, angulofus, erectus, pedalis. Folia decidua, mollia, ovato-lanceolata, ferrata. Flores terminantes, penduli; corolla globofa, rofea. Fructus: bacca cæruleo-nigra.

Vaccinium Myrtillus. L. Grodnenfis, filvatica, communis, florens aprili. Lugdunea, montana.

Obferv. Caulis ramofus: ramis nudis. Folia in extremitatibus ramorum cum floribus erumpentia, breviter petiolata, nervofa, glabra, mollia, oppofita. Pedunculi axillares, breves, recurvi, unde flores nutantes. Calyces minimi, cucullum glandis imitantes, abfque dentibus vifibilibus; corolla pellucida, decidua; ftamina aut octo aut decem; antheræ luteæ, filamentis longiores, quadricornes, duobus cornibus erectis, duobus extus inverfis ficut hami; piftillus ftaminibus longior, longitudine corollæ; ftigma globofum; corollæ venter ruber, limbus viridis; antheræ ante evolutionem corollæ glabræ, albæ; ftipulæ & bracteæ albefcentes folia juniora & flores involventes.

Planta œconomica officinalis, baccæ coacervatæ fpargunt odorem proprium, fatuæ funt fubdulces: in Lithuania populus maximam quantitatem comedit, nullo pravo obfervando effectu: in morbis vix crederem aftringentes; pulpa tamen cocta utilis in diarrhæis & fine dyfenteriarum. Propria enchirefi pulpa diluta fermentatur, fpiritumque vinofum non ingratum fuppeditat.

Baccæ coctæ cum alumine lanam violaceo colore tingunt: filum cæruleum reddit fuccus myrtilli cum alumine & micis cupri mixtus; Calce viva, ære viridi & fale ammo-

niaco ſuccus impraegnatus , dat colorem purpureum ; tandem baccæ coctæ cum alumine & parva quantitate æris uſti , pictoribus purpuream ſuppeditant tincturam. Autumno , myrtilli baccæ tetraonum præcipuum nutrimentum , indeque ſingulariter ſaginantur.

Foliis ciliatis.

10. Vaccinium ciliatum.

Frutex bipedalis , erectus , ſuperne folioſus. Folia integerrima , ovata , venoſa , tenera , baſi ciliata. Corolla ovalis , albo-roſea. Fructus : bacca rubra.

Vaccinium uliginoſum. L. rarior : in aquoſis Lipska : Grodnenſis. Florens maio. Lugdunea montana.

Obſerv. Huc venit monſtrum ſingulare calyce craſſo , ſextuplo majori , ſucculento , efflorescentia ſeu pulvere albo onuſto , corolla carnea , quadruplo craſſiore , foliis coloratis , carneis , mollibus , ſucculentis.

Foliis punctatis.

11. Vaccinium buxifolio.

Frutex : caules ramoſi , inclinati , pedales. Folia obovata ſeu verſus petiolum anguſtiora, revoluta margine contracto , integerrima , ſicca , ſubtus albida , punctata. Corolla ovata , campanulata , carnea. Fructus : bacca rubra , grato-acida.

Vaccinium vitis idæa. L. communis : Grodnenſis , ſilvatica ; florens maio. Lugdunea montana.

Obſ. Folia alterna , inferiora minora , ovato-obtuſa , baſi verſus petiolum brevem attenuata , pagina ſuperiore ſaturate viridi-nigriſcente , inferiore albeſcente , ſubſtantia ſicca. Calyx minimus quadrifidus , Caſtanei coloris ; corolla campanulata quadri-aut quinquefida ; ſegmentis extus revolutis ; ſtamina invenio octo , paſſim novem

aut decem ; pedunculi rubri. Bracteæ minimæ, rubræ. Stamina cadunt unita antheris croceis. Flores nutantes ; ſtilus corolla duplo longior.

Planta œconomica, officinalis. Baccæ grate acidæ, comeduntur copioſe in Lithuania, cum ſucco berberidis verum exhibent arcanum pro debellanda febre ardenti, frequentiſſima in hac regione.

Primis diebus nullo ſigno apparente putriditatis, delirium ſupervenit cum pulſu frequenti, duro, cute arida, ſicca, lingua ruberrima, dolore capitis atroci, &c. Præmiſſis una aut altera venæ ſectione, ægrotantes ſiti vexati quoque quadrante bibere debent cyathum unum ſyrupi baccarum berberidis aut vitis idææ : ſic hac methodo tuto curantur. Infuſum foliorum in catarrho laudatum ; pulpa baccarum in ambuſtis certe minuit dolorem. Colorem rubrum ſat elegantem educere poſſumus ex cuticula baccarum.

Caule filiformi.

12. Oxycoccos quadripetala.

Fruticulus : caules repentes, filiformes, nudi. Folia in parte ſuperiori ramorum parva, ovato-lanceolata, ſubtus incana. Flores pauci, terminantes ; corollæ profunde quadrifidæ, quaſi tetrapetalæ : ſtamina octo. Fructus : Bacca rubra acida.


Vaccinium Oxycoccos. L. Grodnenſis in aquoſis Lipska, communis. Florens ſeptembri. Lugdunea, montana.

Obſ. Sicut in convallaria bifolia, corolla ante explicationem vere monopetala, dentibus quatuor brevibus fiſſa. Quando pollen ſeminale in loculis evolvitur, tunc antheræ majus ſpatium occupantes cornibus divergentibus lacerant ſenſim ſenſimque corollam à baſi dentium ad coronam foramine inferiori formato. Pro laceratione iſta procuranda germen creſcens etiam contribuit.

P. 13. N. 13.

MIRTILLVS πετροῤῥεπτής C M

arbutus uva ursi. L.



Planta œconomica officinalis. Baccæ pulpa vix aquosa repletæ; nimium acidæ sunt autumno, sed post gelu, mites redditæ, gratum cibum suppeditant: pulpa diluta cum aqua mellita tutum auxilium refrigerans, & miro modo sitim sedans in omnibus morbis inflammatoriis & in febribus plerisque acutis.

Argenti fabri baccis utuntur, conciliaturi argento intensiorem albedinem. In hoc experimento acidum dissolvit puncta cuprea cum argento intermixta: tunc tantum argentea puncta proeminent, unde albedo. Cæterum baccæ omnium vacciniorum hieme persistentes, duro sæviente frigore, copiosum cibum plurimis avibus suppeditant.

Decandra.

13. Arbutus acerbus.

Fruticulus procumbens, ramosus. Folia solida, dura, integerrima, a petiolo latescentia, ovata. Racemi florum, densi, breves; corolla rotunda, rosea; stamina decem. Fructus: bacca rubra pulpa sicca repleta.

Arbutus uva ursi. L. communis: silvaticus Grodnensis, florens maio. Delphinalis, montana.

Observ. Caules procumbentes late diffusi, castaneo-ferruginei coloris. Folia alterna, acerba, numerosa, approximata, sicca, una pagina splendentia, nigricantia. Calyces minimi, albicantes, quinque dentati: corolla ventre pellucido: stamina decem, breviora pistillo: antheræ luteæ, minimæ, bicornes, ante fecundationem rubræ, postea nigrescunt: germen viride, villosum, inflatum pellit supra corollam: tunc invenitur supera germine nudo: corolla tam vere diaphana, ut potuerim numerare stamina absque laceratione. Arbutus strata reptando efformat in locis vacuis inter pineta.

Qui nolunt ſeparare oxycoccum a vacciniis, a fortiori non debent removere uvam urſi: major enim ſimilitudo uvæ urſi cum viti idææ quam oxycocci cum uliginoſo. Numerus ſtaminum non ſufficit: myrtillus enim exhibet etiam decem. Perluciditas corollæ nil valet: in vacciniis enim etiam obſervatur, præſertim in myrtillo, etiamſi minus ſit completa: tanta eſt enim in uva urſi, ut poſſim numerare antheras, non lacerata corolla. Antheræ minimæ ante fecundationem pulchre rubræ, poſt illam luteæ, citoque nigreſcentes, ſtigma viride, villoſum. Venter corollæ albus; dentes roſei ſicut pedunculi & bracteæ. Baccæ uvæ urſi perſiſtunt uſque ad novam floreſcentiam.

Planta œconomica officinalis. Baccæ inſipidæ, fatuæ; propter ſiccitatem terream vix exhibent mucum nutritivum, folia acerba, amara, ſubacria in receſſu. Extractum foliorum aqua ſimplici præparatum, amarum & aſtringens ſpargit mellis odorem; extractum ſpirituoſum amarum, oleoſum, rancidum; reſina viridis ex ea planta, ceræ odore, obtinetur; decoctum foliorum ardorem faucium relinquit; pluribus certis experimentis in vitiis viarum urinæ, in ardore lotii, utiliter pulvis foliorum fuit præſcriptus; in ulceribus renum & veſicæ, ex obſervationibus Haenii pretioſum medicamentum: in ſimilibus morbis ſæpe tentavimus; certe tribus vicibus mirabili modo ardores, dolores fuerunt diſſipati. Quid valeat decoctum pro expulſione arenarum & diſſolutione calculi, nondum ſat repetitis experimentis fuit confirmatum: una vice arenulas expulſas poſt uſum hujus medicamenti vidimus, dolores, præſente calculo in veſica, mitigatos; ſed ſæpe in ſtranguria, in ulceribus fruſtra pulverem & decoctum uvæ urſi adminiſtravimus. Vi tamen aſtringente cum principio amaro tonico maritata, plurimas indicationes replere hæc planta poterit

ſpeciebus morborum rite enucleatis. Nocivam pronunciamus in omnibus morbis quæ ſigna exhibent inflamationis cum ſpaſmo. Mixta cum vitriolo pulvis foliorum uvæ urſi nigro vel fuſco colore juxa varias præparationes pannos imbuit. Nulla forte præſtantior herba pro præparatione coriorum. Lympha animali alkalinis ſublata, pulvere ſicco foliorum aſtringuntur fibræ cutis, nimia rigiditate evitata. Fruſtra quæſivi ad radices coccum tinctorium.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES IRREGULARES.

Stamina quinque, Stilus unus.

Corolla rubra.

14. Lonicera nigra.

Frutex quatuorpedalis. Folia ovato-lanceolata : juniora villoſa, ſenſim calveſcunt. Pedunculi axillares, biflori. Calyx quinquefidus : corolla ſaturate purpurea, quaſi bilabiata : labio ſuperiore quadrifido, inferiore integro. Baccæ gemellæ, diſtinctæ, inferæ, nigræ.

Lonicera. nigra. L. Grodnenſis ſilvatica. Florens junio. Lugdunea, montana.

Obſ. Rami novi albeſcentes aut rubeſcentes. Origo foliorum minus regularis quam in xyloſteo. In ramo terminali per paria naſcuntur, quorum inferiora minora, ſed in ramis lateralibus, ſæpe invenio faſciculatim terminantia ramos præter primum par; figura etiam varia; invenio elliptica, obtuſa cum acumine villoſa, a nervo elongato ovato-lanceolata, nonnulla vere lanceolata; ſtamina corolla breviora & longiora; antheræ roſeæ; ſtigma virideſcens;

tubus uno latere gibbus ſicut in ſequenti ; color corollæ non eſt conſtans , ſemper vergit ad purpureum , ſed plus minuſve ſaturatum. Statura fruticis diverſa ; invenio paſſim quinquepedalem.

Obſ. 2. Frutex à pleriſque auctoribus in montibus ſubalpinis tantum deſignatus, ſed in enumeratione noſtrarum Lithuanicarum plurimæ evolventur ſpecies alpinæ quæ læte creſcunt in noſtra planitie : forte clima Lithuanicum non diverſum à climate montium ſubalpinarum. Hæc ſuſpicio ſat bene confirmatur diariis noſtris meteorologicis.

Sapor foliorum correſpondet ſapori xyloſtei. Baccas non tentavi.

Corolla albeſcente.

15. Lonicera rubra.

Frutex ſexpedalis, erectus ; cortex ramorum ſaturate rubens. Folia integerrima, ovata, acuminata, lanuginoſa. Pedunculi axillares biflori. Corolla fere præcedentis lanuginoſa, alba ſtraminei coloris. Baccæ binæ, rubræ, baſi coalitæ.

Lonicera xyloſteum. L. ſilvatica Grodnenſis, communis, florens maio. Lugdunea.

Obſ. Gemmæ formatæ plurimis ſquamis albeſcentibus, villoſis, ovato-lanceolatis, producunt ramos folioſos & floriferos, nonnulloſque tantum folioſos. Rami novi herbacei ſaturate rubri, palmares ; tria aut quatuor paria foliorum in quoque ramo ; petioli quinque linearum longi, villoſi. Longitudo foliorum duorum pollicum, latitudo unius, inferiora minora nullo impari terminante ramum. Flores plerumque evolvuntur tantum ex axillis duorum parium inferiorum, dentes calycis minimi, quinque, inæquales. Video in nonnullis ſpeciminibus corollas albiſſimas & roſeas, paſſim pedunculus unus biflorus naſcitur ex

ex squamis gemmæ; tubus corollæ curvatus, striatus, subvillosus, stamina inæqualia divaricata; antheræ transversæ non media parte corporis adhærentes, sed prope unam extremitatem; stigma globosum; cæterum figura foliorum variabilis, sicut in præcedenti; sæpe ultima lanceolata; sæpe acumen, nervo producto, formatum deficit.

Experimentis video pro futura ætate pretiosum purgans à nostro Xylosteo obtinendum, quam multa humano generi largirentur pretiosa, medici Botanici, si observationes suas circa indigenas dirigentes, more immortalium Gesneri & Storckii, omnes gustando, minima dosi, proprio periculo deglutiendo analogia botanica & practica; sensuque non fallaci ducti, applicarent has plantas morbis jam similibus ejusdem familiæ herbis profligatis; sed fato singulari paucis exoticis medicamentis practici contenti miscendo hæc toxica tractant morbos, semper ignorantes cuinam medicamento honorem curæ tribuere debent.

Internodia stolonum pro fistulis tabacinis inserviunt, lignum durissimum pro dentibus textorum & pectinum; frutex utilis ad sepes vivas, tum circa prata, tum circa hortos.

FASCICULUS II.

PLANTÆ HERBACEÆ.

Corollæ unipetalæ, non figuratæ. Stamina quatuor, stilus unus.

STELLATÆ.

COrollæ parvæ, plerumque quadrifidæ. Stamina fæpius quatuor, ftilus unus, profunde divifus, aut duo. Germina duo, coalita, infera. Folia ftellatim circa nodos difpofita, fimplicia, angufta; caules plerumque quadrangulares. Radices fæpius rubro cortice. Foliola duo oppofita ad originem pedunculorum.

COROLLÆ CAMPANULATÆ PLANÆ.

Germinibus glabris.

Aquaticæ ramis diffufis.

16. Galium diffufum.

Caulis fragilis; ramis diffufis, bafi radiculas emittens. Folia quaterna, obovata, obtufa, inæqualia; racemi pauciflori, octo, duodecim. Corollæ albæ. Fructus: femina bina glabra.

Galium paluftre L. Grodnenfis. Florens Junio Lofosna. Variat altitudine caulis a palmari ad bipedalem. Perennis. Lugdunea.

Corollis majoribus.

17. Galium grandiflorum.

Caulis pedalis, vix se sustinens, asper, vix ramosus. Folia linea latiora, lanceolata, subaspera, obtusa, inferius sena, quaterna superius, quina in intermedio. Racemus pauciflorus. Germen rugosum, glabrum. Corollæ albæ, fructu majores.

Forte varietas uliginosi L. Grodnensis in aquosis juxta ripas Niemen. Florens junio, perennis.

Corollis rubris.

18. Galium incarnatum.

Caulis pedalis, glaber, tenuis, debilis, ramosus. Folia quina, quaterna, verticillis paucis, lineari lanceolata, inæqualia, obtusa, glabra. Racemi pauciflori. Corollæ magnæ, carneæ. Germina glabra.

Habitus præcedentis. Grodnensis aquatica Lososna. Florens junio.

Corollis lutescentibus.

19. Galium albolutescens.

Caulis bipedalis, ramosus, glaberrimus. Folia caulina sena, lanceolata, marginibus subspinosa, mucronata; folia ramorum quina, latiora, breviora. Racemi pauciflori, duodecim. Pedunculi tenuissimi, germina glabra. Corolla magna, alba, facie interna lutescens.

Forte varietas uliginosi L. in aquosis Lososna: Grodnensis. Florens augusto, perennis.

Caule breviſſimo.

20. Galium minus.

Caulis palmaris ramoſiſſimus ſubprocumbens. Folia inferiora ſena, lanceolata, glabra, obtuſa; ſuperiora quaterna. Racemi pauciflori. Germina glabra. Corollæ albæ.

Galium ſaxatile L. in herbidis Grodnenſis, junio florens. Lugdunea, montana.

Galium minus var. anguſtioribus foliis.

Mixta cum præcedenti convenit habitu, differt foliis longioribus, linearibus, quaternis plerumque.

Grodnenſis in herbidis, florens junio.

Floribus luteis.

21. Galium luteum.

Caulis pedalis, ſubquadratus, erectus, ramoſus: ramis floriferis brevibus. Folia plerumque octona, fragilia, anguſtiſſima, ſulcata. Racemi dilatati, multiflori; terminante majore. Corollæ luteæ, ſuave olentes, parvæ. Semina glabra, rugoſa.

Galium verum L. communis, pratenſis, Grodnenſis; Florens junio, perennis. Lugdunea.

Galium luteum var. racemis paucifloris.

In iſto caulis rotundus, rubeſcens. Folia novem. Racemi elongati, anguſti, pauciflori.

Grodnenſis in arvis; florens julio.

Corollis quinquefidis.

22. Galium pentandrum.

Caulis pedalis, cineraſcens, ramoſus: ramis hirſutis. Folia latiora, longiora quam in galio vero, acuminata,

acumine albo. Racemi dilatati, pauciflori. Corolla quinquefida, lutescens. Stamina quinque. Fructus didymus fere pulposus.

An varietas lutei? Grodnensis, in silvis. Florens junio.

Corollis stramineis.

23. Galium subluteum.

Caulis tripedalis, ramosus, glaberrimus: ramis subdivisis. Folia inferiora decena, & undecena; intermedia decena, superiora sena; omnia molliora, latiora quam in luteo. Racemi dilatati. Corollæ albescentes, subluteæ. Fructus glaber.

Forte varietas lutei. Florens augusto, arvensis, Grodnensis, perennis.

Caule ramosissimo.

24. Galium minimum.

Caulis tenuis, vix quadriuncialis, ramosissimus, subrotundus, cinereus, asper. Folia capillacea; inferiora octona, intermedia sena. Racemi pauciflori. Corolla lutea magna: Flores quasi foliis oculati. Fructus nigrescens, pulposus, magnus.

An simplex varietas lutei? Grodnensis, arvensis, florens maio. Lososna.

Ramis hirsutis, pilosis.

25. Galium hirsutum.

Caulis pedalis, ramosissimus: ramis superioribus oppositis. Verticilli foliorum approximati, densi. Folia caulina, quina, ramorum sæpe quaterna, lineari-lanceolata, acuta, hirsuta. Caulis rami, pedunculi longis pilis onusti. Ra-

cemi florum approximati panniculum formant. Corollæ parvæ, flavefcentes, deficcatione luteæ.

Accedit ad maritimum L. florens junio, uliginofa, Grodnenfis.

Nodis tumefactis.

26. Galium inflatum.

Caulis debilis, ramofus, lævis, fubrotundus; nodi fub foliis inflati. Folia octona, lanceolata, lata, acuminata, margine, & fubtus fcabra. Racemi numerofi, quafi panniculum efficientes. Corollæ parvæ albæ. Fructus glabri.

Galium Silvaticum L. communis in Silvis Grodnenfibus; perennis. Florens julio.

Obf. Radix tinctoria pulcherrimum rubrum colorem fuppeditat; recens tingit digitos; decocta rubefcit aquam: tentanda ficut rubia pro offibus colorandis & curatione rachitidis.

Caule fexpedali.

27. Galium altiffimum.

Caulis firmus, quadri- & fexpedalis, ramosus, reliquis craffior. Folia inferiora octona, anguftiora; superiora fena, quina aut quaterna, mucronata, omnia albicantia. Racemi fubumbellati, multiflori; majore terminante. Corollæ albæ, majores quam in præcedenti, minufque planæ.


Galium Halleri 714 filvaticum; julio florens, Grodnenfis, communis, perennis.

Foliis mollioribus.

28. Galium molle.

Caulis pedalis & bipedalis, tenuior, debilior, angulis ele-

GALLIVM *boreale. L.* ὑσωποφυλλῶδες P.23. N.29.



vatis. Folia octona, ovato-linearia, subserrata, patentissima, mollia, mucronata. Racemi panniculati. Corollæ albæ, parvæ.

Galium mollugo L. Grodnensis, communis. Florens julio, perennis. Lugdunea.

Galium album var. angustifolia.

Folia octona, linearia; facies præcedentis, exhibens folia lutei, racemos albi.

Obs. Racemi odorem gratum spargunt. Planta officinalis, tinctoria.

Flores laudantur contra epilepsiam: frustra præscripsimus; nullum levamen attulit.

Radix rubro colore tingit.

Fructus leviter torrefactus, pulverisatus & coctus præbet gratissimum potum decocto coffee analogum.

GERMINIBUS VILLOSIS.

Foliis trinerviis.

29. Galium trinervium.

Caulis pedalis, erectus. Folia quaterna, lanceolata, trinervia, glabra. Racemi congesti panniculum formantes. Corollæ albæ. Fructus hispidi.

Galium boreale L. communis in silvis, Grodnensis, perennis. Florens junio. Lugdunea, montana.

Galium trinervium, var. nanus.

Vix palmaris, caulis ramosior, racemi magis dilatati. Verticilli magis approximati. Duo folia latioria, duo linearia. Racemi supra radicem plurimi, fere longitudine caulis. Grodnensis, florens junio.

Galium trinervium var. rotundifolium.

Caulis glaber, pedalis, debilis. Folia quaterna, rotundata,

glabra. Verticilli remoti. Nervi foliorum vix visibiles. Racemi pauciflori : corollæ parvæ, albæ; germen hirsutum.

Florens junio in silvis : in nonnullis folia terna; in aliis tria ovata, quartum lanceolatum.

Obs. Planta tinctoria. Radix pulchrum roseum colorem maceratione nobis præbuit.

Vaccæ avide herbam comedunt. Nondum in officinis introducta; meretur tamen examen medicorum. Suspicor succedaneam rubiæ tinctorum.

Caule aspero.

30. Galium adhærens.

Caulis tripedalis, fragilis, asperrimus. Folia octona, septena, sena, scaberrima, serrata, lanceolata, retrorsum aculeata. Racemi axillares, pauciflori : pedunculi uniflori. Corollæ parvæ, albo-lutescentes. Fructus hispidi, magni.

Galium aparine L. communis, Grodnensis, florens junio, annua. Lugdunea.

Observ. Planta officinalis & tinctoria. Ex radicibus maceratis habui colorem rubrum.

Tanquam adjuvans, utilis est pro curandis scrophulis. Decoctum radicum non frustra fuit adhibitum pro curatione tumefactionis ventris infantum, ab infartu glandularum mesenterii.

COROLLÆ CAMPANULATÆ POLYGAMÆ.

Foliis glabris.

31. Valantia glabra.

Caulis erectus, semipedalis, glaberrimus. Folia quaterna,

glabra, trinervia, ovato-lanceolata. Racemi axillares foliis breviores, sexflori. Corollæ luteæ, magnæ; masculinæ, femininæ, & hermaphroditæ.

Valantia glabra L. Grodnensis, silvatica in humidis Lososna. Florens maio, perennis.

Foliis villosis.

32. Valantia hirsuta.

Caulis palmaris & pedalis, tener hirsutus: folia quaterna; trinervia, ovato-lanceolata, hirsuta. Racemi axillares, foliis breviores. Pedunculi ramosi, octoflori. Flores lutei, minimi; plurimi hermaphroditi, nonnulli mares. Semina rotunda, rugosa.

Valantia cruciata, communis prope Lugdunum, florens maio, junio; rara in Lithuania. Inveni prope Novogrodok.

Obs. Folia propter villos lutescentia mollia. Caulis primo prostratus, inde florens erigitur. Numerus racemorum in quoque verticillo incertus, nec certior numerus florum: corollæ planæ vix tubulosæ. Invenio pentafidas, trifidas & tetrafidas. Passim in nonnullis tria tantum stamina.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES.

Foliis latis.

33. Asperula odorata L.

Caulis erectus, pedalis, plerumque simplex. Folia octona; lanceolata: superiora majora acuminata, inferiora minora, obtusa: omnia latiora quam in aliis gentis. Flores fasci-

culati : pedunculi erecti; corollæ albæ, suave olentes. Fructus hispidi.

Grodnensis, silvatica Lososna. Florens maio, perennis. Lugdunea.

Obs. Vis vulneraria mihi videtur dubia. Raro menstrua restituit. Certe sola hepatis obstructiones referere non potest infusio. Contra inflammationes raro præscribenda. Oves & capræ avide summitates floridas comedunt. Odor florum pellit tineas.

Corollis trifidis.

34. Asperula triandra.

Caulis bipedalis, debilis. Folia inferiora sena; superiora quaterna : omnia angusta, glabra. Racemi axillares & terminantes. Flores subumbellati. Corollæ albæ, pleræque trifidæ. Stamina tria. Fructus glaber.

Asperula tinctoria L. communis, silvatica, Grodnensis. Florens maio : perennis.

Planta tinctoria. Radices coctæ cum aceto tingunt lanas colore rubro. Sed Colligendæ primo vere sicut aliæ hujus familiæ : tunc particulæ tinctoriæ sunt copiosiores.

Non est officinalis ; sed suspicor ejus utilitatem in variis morbis chronicis. Jam tentavi decoctum pro scabie : non fuit inutile auxilium.

Floribus umbellatis.

35. Sherardia umbellata.

Caules ramosi, humiles, palmares. Folia sena, elliptico-lanceolata, aspera, argute mucronata. Flores inter folia in summa planta congesta, sessiles, purpurei aut cærulei, longo tubulo : semina tridentata, seu calyx

ASPERGVLA μικρανθοκυάνεος P.26 N.35.



Sherardia arvensis .L.

ſeminum conſpicuus trium in quovis ſemine foliorum lanceolatorum ex involucro ſeminis natorum.

Sherardia arvenſis, rara prope Grodnam Inveni florentem in arvis junio, communis prope Lugdunum.

Obſ. Specimina poſſideo vix triuncialia.

COROLLÆ LIMBUS LACINIIS REFLEXIS.

PLANTAGINES.

FLORES ſpicati : ſpica plerumque denſa ; calyx quadrifidus ; corolla quadrifida, laciniis linearibus flaccidis ; ſtamina quatuor, longiſſima. Stilus unus. Fructus capſula horizontaliter dehiſcens, bilocularis. Scapus in omnibus præter pſyllium :

SCAPO NUDO.

Foliis ovatis magnis.

36. Plantago major L.

Folia petiolata, ovata, glabra, palmaria, ſeptem-nervia ; petioli longi, canaliculati. Scapus ſtriatus : ſpica longa, cylindrica. Flores imbricati,

Communis, arvenſis, florens junio. Grodnenſis, Lugdunea.

Plantago major, var foliis dentatis.

Plantago major, var. ſpica bifida, multifida.

Obſ. Planta officinalis, inſipida, herbacea, ſubſtyptica. Decoctum foliorum & radicum fauſto ſucceſſu præſcripſi contra Hæmoptyſim ſeu ſputum ſanguinis, dyſenteriam, diarrhœam, præſertim contra fluxum album. Fuit inutile contra febres intermittentes ; vis vulneraria difficilius determinanda : Natura fere ſemper in his morbis

vera medicatrice. Decoctum foliorum utiliter adminiſtravi contra inflammationes oculorum: ſed caute diſtinguantur ſpecies morborum. Recens bonum pabulum præſtat capris & ovibus.

Foliis ovatis villoſis.

37. Plantago minor.

Nanus. Folia radicalia, ovata, ſubtomentoſa, trinervia, integra aut ſinuata. Scapi plurimi, ſtriati, ſubhirſuti, longitudine ſpicæ, ſpica pollicaris. Calyx & bracteæ albeſcentes; corolla alba, brevis.

Conſtans varietas majoris. Grodnenſis; florens auguſto in ſtagno deſiccato.

Floribus paucis in ſpica.

38. Plantago pauciflora.

Planta glaberrima: petioli debiles, non canaliculati; folia quinque-nervia, ſubdentata, glabra, mollia, perlucida, palmaria. Scapi foliis breviores: ſpica pauciflora. Flores non imbricati, remoti, ſeu ſpica interrupta.

Accedit ad Aſiaticam L. filia majoris, Grodnenſis in paſcuis; florens julio.

Spica breviori.


39. Plantago media L.

Folia brevi-petiolata, ovata, integra, pubeſcentia, acuminata. Scapus teres: ſpica brevior quam in majore, cylindrica.

Grodnenſis, Lugdunea, communis in paſcuis: florens junio.


Plantago media var. foliis dentatis; altior, ſubhirſuta; minus frequens.

PLANTAGO πλατυφυλλορρεπής
media. L. P. 28. N. 39.



QVINQVENERVIA ὀρειμυλλοπριονοειδής

P. 29. N. 40.



Foliis lanceolatis.

40. Plantago lanceolata L.

Folia lanceolata, quinque-nervia, longa, angusta. Scapus angulatus. Spica brevis, ovata, crassior.

Grodnensis, Lugdunea, communis in pascuis, florens maio.

Plantago lanceolata var. spicis plurimis scapum terminantibus.

Grodnensis rarior : junio florens, perennis.

Basi petiolorum lanata.

41. Plantago tomentosa.

Vertex radicis & foliorum basis lana copiosa vestita. Folia trinervia, lanceolata, hirsuta, longitudine scapi. Spica oblonga, brevis.

Plantago 132 Linnæi fl. Suec. sat frequens in pascuis, Grodnensis, perennis.

Foliis hirsutis.

42. Plantago hirsuta.

Folia numerosa, lanceolata, erecta, denticulata, aspera pilis rigidis. Petioli hirsutissimi. Scapi numerosi, angulosi. Spica cylindrica, longa, aut ovata, brevis, basi lanuginosa ; squamæ tomentosæ.

Vid. plantago Gerardi flor. Prov. p. 333. fig. 12. Grodnensis, pratensis, florens julio. Lososna.

Caulibus ramosis.

43. Psyllium ramosum.

Caulis ramosus, erectus, sublignosus, hirsutus : ramis foliosis, divaricatis. Folia integra, linearia. Spicæ ovatæ, breves,

pedunculatæ; bracteæ lineares. Squamæ spicæ hirsutæ, siccæ; corollæ lutescentes.

Plantago Psyllium L. communis, arvensis. Florens junio. Grodnensis.

Psyllium ramosum var. caule herbaceo, procumbente.

Psyllium ramosum var. foliis linearibus, dentatis: capitulis foliatis.

Mixtæ cum præcedenti, unde provenit plantago cynops Linnæi.

Obs. Semina præbent copiosum mucilaginem sicut semina psyllii, cæterum similis: igitur tentanda in iisdem morbis; in inflammationibus internis & externis, in dysenteria, ardore urinæ, ophthalmia.

VAGÆ.

STAMINA QUATUOR, STILUS UNUS.

Corolla quadrifida.

44. Sanguisorba major.

Caulis bipedalis. Folia pinnata, foliolis cordatis. Spicæ breves, ovatæ, densæ. Calyx bifolius. Germen intra calycem & corollam; capsula bilocularis.

Sanguisorba officinalis L. rara circa Grodnam; passim prope hortos, florens julio. Lugdunea.

Obs. Radix aromatica, subacris.

Vana & inutilis contra rabiem.

Utilius adjuvans pro cura diarrhœæ chronicæ; in evacuationibus sanguinis suspecta.

Ante Florescentiam optimum suppeditat pabulum pecoribus.

PARASITÆ.

STAMINA QUATUOR AUT QUINQUE : STILI DUO.

Corolla quadrifida.

45. Cuſcuta major.

Caules funiculiformes, ſucculenti, circa plantas voluti; radix nulla, nec folia. Flores glomerati, ſeſſiles; calyx quadrifidus, rubens, ſucculentus; corolla alba; ſegmentis rubris; ſtamina quatuor; capſula bilocularis, horizontaliter dehiſcens.

Cuſcuta Europæa L. ſupra Bryoniam communis. Grodnenſis, annua; florens junio. Lugdunea.

Obſ. Planta officinalis inodora, ſubamara. Certe ſuccus non laxat alvum.

Laudanda contra icterum, affectionem hypochondriacam, rheumatiſmum, ſcabiem, herpetem: non ſola ſanat, ſed egregium adjuvans.

Planta tinctoria. Debili colore ſubruſo aut rubro tingit lanas.

Planta œconomica. Caprarum, ovium apetitum acuit. Noxia lino, humulo. Sub amplexibus cuſcutæ omnes aliæ plantæ macie pereunt, aut ſi non moriantur, nec flores exhibent, nec ſemina.

Corolla quinqueſida.

42. Cuſcuta minor.

Caules tenuiores, filiformes, rubicundi. Squamæ plurimæ,

Flores pauciores; corolla quinquefida, ſtamina quinque: cæterum facies præcedentis.

Cuſcuta Epithymum L. Grodnenſis. Supra galeopſidem: florens julio.

STAMINA QUINQUE, STILUS UNUS.

Germina quatuor in fundo calycis.

SEMINA NUDA.

Aſperifoliæ.

Corollæ unipetalæ, quinquefidæ, pleræque regulares. Germina quatuor in fundo calycis campanulati, quinquefidi. Semina nuda in ampliato calyce contenta. Caules ramoſi. Folia alterna, elongata, aquoſa, mucilaginoſa, piloſa aut aſpera. In plerisque flores ſpicati, ſpica revoluta.

COROLLÆ HIPOCRATERIFORMES.

Foliis hirſutis.

47. Scorpioides hirſutus.

Caulis hirſutus, ramis filiformibus, pedalis aut palmaris. Folia inferiora ovato-lanceolata; ſuperiora lingulata, obtuſa: omnia hirſuta, glauca, apice calloſa. Corollæ parvæ, tubuloſæ; limbo plano cæruleo aut albo; fauce ſquamulis convexis, luteis clauſa. Semina glabra.

Scorpioides hirſutus var. nanus.

Caulis vix pollicaris. Folia alba, villoſa, non aſpera, lanceolata: Spica pauciflora; corollæ faux ſaturate lutea.

Scorpioides

ALSINE μυόσωτις ἀνθομήλινος P.32.N.47.



Myosotis scorpioides . L . var .

ALSINE μυόσωτις ἀνθομήλινος P.32.N.47.



Myosotis scorpioides .L .var.

Scorpioides hirsutus var. pedunculis axillaribus unifloris.
Folia hirsuta, saturate viridia, majora; caulina approximata; præter spicam paucifloram, pedunculi longi, uniflori, axillares. Corollæ majores.

Tres nostræ, myosotis Scorpioides arvensis L. Grodnensis, arvensis; florentes aprili, maio. Annuæ. Lugdunea.

Obs. Inodora, fatua. Nescio quare contempta a pecoribus, teneram tamen capra devorat. Vires medicæ nondum observatione stabilitæ, vixque sperandæ utiles pro praxi.

Foliis glabris.

48. Scorpioides glaber.

Caulis major, sæpe bipedalis. Folia majora, glabra, succulentiora. Corollæ majores. Radices longæ, fibrosæ.
Myosotis Scorpioides var. glabra L. perennis: communis in aquosis: Grodnensis, florens junio, julio. Lugdunea.
Scorpioides glaber var. floribus carneis, Grodnensis; rarior.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES.

Seminibus glabris.

49. Lithospermum majus.

Caulis bipedalis, asper, erectus, ramosissimus. Folia lanceolata. Pedunculi axillares, breves, uniflori. Calyx profunde quinquefidus. Corolla albescens, parva; fauce nuda, perforata, calycem vix superans. Semina dura, nitida.
Lithospermum officinale L. Grodnensis. Junio florens; perennis, rara. Lugdunea, communis.

Obs. Planta officinalis, œconomica. Semina inodora, insipida. Folia ingrati odoris. Semina cum acidis effervescunt; etiam magna dosi adhibita non augent copiam urinarum. Ex præjudicio & falsa analogia vis lithontriptica

desumit originem. Pulvis seminum non inutile auxilium; quando saburra acida infestat ventriculum, apud hypocondriacos & infantes. Sæpe fausto eventu decoctum seminum pulverisatorum in torminibus ventris infantum adhibui, addendo pulverem decocto. Succus foliorum, addita aqua, non frustra fuit præscriptus ad leniendum dolorem in inflammationibus.

Oves & capræ fame pressæ comedunt folia, sed aliis melioribus datis, relinquunt illa.

Seminibus rugosis.

50. Lithospermum minus.

Caulis vix ramosus, semipedalis. Folia præcedentis, minora. Corollæ similes. Semina conica, rugosa.

Lithospermum arvense, L. communis, Grodnensis. Florens junio, annua. Lugdunea.

Observ. Planta tinctoria, officinalis, œconomica. Radices colorem rubrum oleo & aquæ conciliant: quid valeat oleum tinctum contra pleuritidem adhuc de novo statuendum

Oves & capræ comedunt recentem herbam.

Radice recenti puellæ pingunt faciem; recens enim fricata super cutem pulchro colore roseo imbuit illam.

Seminibus basi insculptis.

51. Buglossum asperum.


Caulis pedalis, asper. Folia lanceolata, asperrima. Spicæ axillares, imbricatæ. Secundæ corollæ violaceæ, cæruleæ: fauce clausa squamis concavis albis. Semina basi insculpta.

Anchusa officinalis L. Grodnensis, arvensis: florens diu, perennis. Lugdunea.

Buglossum asperum: varietas angustifolia.

Habitus præcedentis: differt foliis angustioribus, subdentatis, spicis geminis, caulem terminantibus.

CYNOGLOSSUM *officinale*. *L.*
ἀλπικοχαμαιανθέρυθρον.
P.35.N.52.



Anchusa angustifolia L. rarior, Grodnensis, florens julio, perennis.

Obs. Planta officinalis, œconomica, tinctoria, fatua, insipida, inodora, attamen medicamentosa propter extractum nitrosum.

Succus & decoctum utile adjuvans pro cura tussis catarrhalis epidemicæ. Auxilium præstans in inflammationibusinternis, nec non dysenteriis.

Absurda assertio practicorum, qui flores cordiales pronuntiant. Fatua & inutilis aqua florum distillata.

Planta juvenis, tenera, nutrimentum salubre, condita sicut spinacia; gratæ & facilioris digestionis; copiose succum nurritivum exhibet pecoribus. Corollæ viridem picturam recenter expressæ & succo alumine coctæ præbent.

Seminibus magnis echinatis.

52. Cynoglossum fœtens.

Caulis ramosus, erectus, crassus, cubitalis. Folia latolanceolata, mollia, sericea, fœtida; racemi florum axillares. Corolla tubo brevi, limbo purpurascente: Fauce clausa, squamis subvillosis. Semina magna, echinata, stilo permanenti affixa.

Cynoglossum officinale, L. Grodnensis, communis juxta vias: florens junio, biennis. Lugdunea.

Cynoglossum fœtens: var. corollis cæruleis.

Caulis semipedalis, tenuior, foliis angustioribus, mollioribus onustus. Pedunculi breviores, unde flores congesti.

Grodnensis: rarior, florens julio, annua.

Obs. Planta officinalis, œconomica. Radix & folia ingratum spargunt odorem; aqua distillata, nauseosa, narcotica. Radicis extractum salsum, subamarum; non est narcoticum: inde concluditur narcoticum principium tenuissimum esse & exhalatione dissipari.

Intus & extus adminiſtrata auxilium præſtans pro curatione plurimorum morborum. Non inutile adjuvans in ambuſtionibus, in rheumatiſmis, forma embrochationis; decoctum egregium anodynum contra diarrhœas cum torminibus; infuſio certe narcotica; ſomnum quietum in affectionibus hyſtericis & hypochondriacis, ſoluto ſpaſmo, conciliat. Caute adhibenda in inflammationibus; embrochatio tamen cum decocto plantæ recentis in pleuritide minuit egregie dolores. Nullum præſtantius cognoſco remedium contra inflammationes occulorum cum intolerantia lucis. Intactam relinquunt pecora: etiam capra noluit comedere recentia folia. Nutrit phalænam dominulam.

Fauce pervia.

53. Pulmonaria cordato folio.

Caulis pedalis, hirſutus, ſucculentus. Folia radicalia, palmaria, ovato-cordata, aſpera. Calyx priſmatico-pentagonus. Corolla fauce pervia, ſegmentis purpureis aut rubris.

Pulmonaria officinalis L. communis, Grodnenſis, ſilvatica; florens maio, perennis. Lugdunea.

Pulmonaria cordato folio var. flore albo.

Hæc vix palmaris: folia breviora.

Grodnenſis, rarior, florens junio.

Pulmonaria cordato folio var. foliis maculatis.

Grodnenſis: rariſſima. Maculæ rariores & minus ſaturatæ quam in Gallia.

Obſervatio. Planta officinalis, œconomica. Folia inodora, inſipida, viſcida. Extractum inſpiſſatum nitrum præbet; quid valeat contra faucium aſperitatem, ſanguinis ſputum, tormina ventris, adhuc novis obſervationibus confirmandum. In inflammationibus pleuræ & pulmonum utile adjuvans ſuccus & decoctum, etiamſi forte primo

PVLMONARIA ὀρεακηλίδωτος P.37. N.54.
angustifolia. L.



hæc proprietas a doctrina signaturarum fuerit deducta.

Recentem plantam capra, ovis & vacca avide comedunt. Chrysomela nemorum folia devorat.

54. Pulmonaria angustifolia L.

Facies præcedentis : folia angustiora, lanceolata. Caulis semipedalis, siccior. Flores cærulei & purpurei.

Grodnensis, communis, silvatica, perennis, florens maio.

Pulmonaria angustifolia var. floribus albis.

Communis, Grodnensis, silvatica.

55. Pulmonaria pauciflora.

Caulis simplex, vix palmaris, subhirsutus. Folia radicalia uncialia, ovata, acuminata, læte viridia. Flos unicus terminans caulem : tubus corollæ calyce longior. Corolla rubra segmentis subrotundis.

An varietas cordati folii, Grodnensis, silvatica. Florens maio

COROLLÆ VENTRICOSÆ.

56. Consolida major.

Caules plurimi bipedales, basi rubra. Folia longa, ovato-lanceolata, decurrentia seu petiolo folioso cauli agglutinato, læte viridia. Flores nutantes, penduli; corollæ carneæ, magnæ; limbo tubulato, ventricoso; fauce clausa, radiis subulatis.

Symphytum officinale, L. communis, Grodnensis, pratensis. Florens maio, perennis. Lugdunea.

Consolida major var. foliis latioribus, vix decurrentibus; corollis cæruleis.

Consolida major var. corollis albis, & lutescentibus. Grodnenses, florentes julio, silvestres.

Observ. Planta officinalis, œconomica.

Radix inodora, insipida, maximam quantitatem mu-

cilaginis glutinosæ suppeditat. Contra sputum sanguinis cum sensu ardoris in pectore non novi efficacius remedium, sæpe etiam cum fausto eventu præscripsi in tenesmo cum apparatu hemorrhoïdali dolorifico, in ardoribus urinæ, in torminibus ventris. Decoctum foliorum sæpe cum levamine adhibui in pleuritudine. Mitigat tormina in dysenteria. Decoctum radicis utile adjuvans pro curatione herpetum, scabiei, ulcerum. Infusio florum phthisi inutile auxilium.

Ex radice in pulverem redacta, cum aqua cocta, decocto per linteum depurato, calide per laccam effuso, pulcher kermesinus color paratur.

Gluten ex symphyto obtinetur utile pro adjuvanda filatura pilorum caprarum.

Pecoribus planta recens bonum pabulum præbet; quando vaccæ copiose folia comedunt, majorem copiam lactis exhibent.

CALYCES COMPRESSI.

57. Asperugo procumbens L.

Caulis ramosus, prostratus; angulis asperis. Folia hirsuta, ovato-lanceolata. Pedunculi axilares. Corollæ parvæ, cæruleæ: fauce clausa squamis. Calyx feminum maximus, compressus: lamellis plano-parallelis, sinuatis.

Communis, arvensis, Grodnensis, florens maio, annua. Lugdunea, rara.

Asperugo procumbens var. tenerior, caule breviori, vix ramoso, corollis albis.

Grodnensis rarior, arvensis, florens maio.

Obs. Herba fatua, inodora, nondum introducta pro curatione morborum. Mucum dulcem nutritium juvenis copiose pecoribus offert.

ECHIVM ἀνθοκυανοπόρφυρον P.39.N.58.



Myosotis lapula. L.

COROLLÆ ROTATÆ.

Seminibus echinatis.

58. Lapula echinata.

Caulis erectus, pedalis, ramosissimus. Folia lanceolata, hirsuta. Flores sessiles: corolla subrotata; tubo brevi, parva, saturate cærulea; fauce squamis quinque luteis clausa. Semina echinata: aculeis apice bifidis.

Myosotis Lapula L. communis, Grodnensis, arvensis, annua. Florens a junio ad augustum.

Lapula echinata var. vix palmaris, flore albo.

Grodnensis florens julio, ruderalis. Lugdunea.

Obs. Odor totius plantæ mihi ingratus: accedit ad odorem cynoglossi. Pecora negligunt illam; oves famelicæ noluerunt comedere folia. Nondum introducta in officinis; meretur tamen examen practicorum: extus pulpa foliorum egregium anodynum in inflammationibus.

Seminibus striatis.

59. Borrago aspera.

Caulis bipedalis, asper, foliis tectus. Folia hirsuta, latissima, ovata, succulenta. Flores nutantes: calyces patentes. Corollæ cæruleæ aut albæ, planæ: tubo brevissimo: segmentis acutis: fauce radiis conum formantibus clausa. Semina striata.

Borrago officinalis L. Grodnensis, in hortis derelictis, advena: florens julio, perennis. Lugdunea.

Obs. Planta officinalis. Folia aquosa, succulenta, succum viscosum, nitrosum suppeditant.

Flores inodori.

Succum & decoctum sæpissime prescripsi cum levamine in morbis acutis, præsertim in inflammationibus, in peripneumonia, pleuritide & erysipelate, in febribus

catarrhalibus. Infufio florum debile auxilium pro tuffi lenienda; certe non funt cardiacæ; prorfus inutilis aqua diftillata. Succus utiliter adhibetur declinantibus morbis expectoratione judicandis.

Diu fervatus in loco tepido fuccus vinofam fubit fermentationem.

Folia recentia mucum nutritium copiofe continent; cocta cum butyro gratum dant ferculum.

Nutrit borrago phalænam gamma. Vaccæ avide comedunt borraginem.

COROLLÆ IRREGULARES.

TUBO CURVO.

Foliis finuatis.

60. Lycopfis undulata.

Caulis afperrimus, pedalis, aut femipedalis. Folia lingulata, marginibus plicatis & leviter incifis, afpera pilis rigidis, bafi bulbofis. Corolla cærulea, venis albis aut rubris picta; tubo curvo gibbofo, inflato; limbo inclinato, fubirregulari. Semina roftrata. Calyces feminum erecti.

Lycopfis arvenfis L. Grodnenfis, communis, florens maio, annua. Lugdunea.

Obf. Calyces profunde quinquefidi fegmentis hifpidis; limbus corollæ quinquefidus, irregularis, fegmentis duobus longioribus & latioribus: faux claufa fornice alba; ftamina ad mediam tubi longitudinem afcendentia; antheræ nigrefcentes; limbi corollæ duarum linearum & dimidiæ. Caulis fulcatus, fimplex & ramofus. Flores pedunculati, terminantes caulem aut ramos. Folia quatuor pollicum longa, feptem linearum lata. Pili rigidi in marginibus foliorum terminant dentes obtufos; omnes nervi fimilibus pilis funt armati. Semina rugofa, roftrata, magno umbilico feu foveola notata, raro quatuor. Co-

rollæ tubus albefcens : fegmenta paffim video albefcentia maculis carneis picta.

Florebat a 18 maii ad vigefimam quintam in arvis arenofis & juxta vias : vix crederem annuam. Video radicem craffam, fublignofam, coronatam marcidis foliis initio maii.

Foliis non finuatis.

61. Lycopfis ampulofus.

Habitus præcedentis; caulis tenuior; bulbi pilorum craffiores. Folia lanceolata non finuata, denticulis raris ornata. Calyx major; corollæ nutantes tubis curvis luteis; limbis vere irregularibus cæruleo-rubefcentibus.

Accedit ad pullam Linnæi, communis, Grodnenfis, arvenfis; florens junio, annua.

Obf. Lycopfis minor.

Radix tenuis, fufiformis, caftanea. Caulis fimplex, tenuis, fulcatus, hifpidus. Folia alterna radicalia, lato petiolo prædita, fpatulata, caulina intermedia, feffilia, etiam fpatulata; fuperiora lanceolata, omnia dentata, dentibus breviffimis nullo modo finuata, pilis longioribus armata; paginæ foliorum ad bafim pilorum, ampullis crebris onuftæ. Pars fuperior caulis nutans cum fpica una florum, curva. Calyx magnus, hifpidus; tubus corollæ nutantis curvatus infra faucem, luteus; limbus vere irregularis, fegmentis cæruleo-rubefcentibus.

Nota. Si fimplex varietas arvenfis, certe notabilis ficut videre eft comparatione utriufque defcriptionis.

Communis in arvis prope Grodnam : florebat 10 junii; annua.

Corolla campaniformi irregulari.

62. Echium tuberculatum.

Caules erecti, cubitales, hifpidi pilis bulbofis. Folia angufta, lanceoloata, hirfuta. Spicæ florales, numerofæ, axillares, incurvæ. Flores feffiles, unilaterales. Calycis

ſegmenta inæqualia; corolla tubuloſo-campanulata; limbo irregulari: fauce nuda, ampla, cærulea; ſemina roſtrata.

Echium vulgare L. communis, arvenſis, diu florens, Grodnenſis, perennis, Lugdunea.

Echium tuberculatum, var. flore albo.

Hæc ramoſa, corollis minus irregularibus, caule altiore, craſſiore: videtur Echium Halleri 604.

Echium tuberculatum, var. flore carneo.

Echium tuberculatum var. floribus cæruleis & rubeſcentibus.

Echium tuberculatum var. caule ramoſo.

Provenit ab elongatione ſpicarum, quæ folia ex ſcapis producunt.

Echium tuberculatum, var. ramoſa, foliis ovato-lanceolatis.

In iſta caulis nullus generalis. Rami tres aut quatuor a radice, palmares. Folia ovato-lanceolata. Flores axillares, ſeſſiles in plerisque foliis. Spicæ pauciſloræ terminales. Corollæ ſaturate cæruleæ; ſegmenta calycis latiora.

Echium tuberculatum, var. uniflora.

Tota planta vix pollicaris. Folia lineari lanceolata. Flos unicus terminans caulem. Corolla rubro-violacea, duplo minor quam in aliis.

Omnes iſtæ varietates circa Grodnam obſervatæ in arvis.

Obſ. Planta officinalis, œconomica. Folia junioris plantæ contuſa ſuccum largiuntur ſat copioſum, fatuum etſi nitroſum: indicatur in tuſſi, pleuritide, ſuccedaneum Bugloſſi. Radix recens ſubdulcis. Superſtitione & doctrina ſignaturarum antiſtites noſtri ducti commendarunt ſemina contra morſum ſerpentum. Apibus corollæ gratiſſimæ, etenim in fundo tubi melleus humor ſat copioſus eructat; gluten pilorum etiam dulcedinem linguæ imprimit: vere equi, ſicut aſſerit Linnæus, intactam relinquunt herbam; an propter duritiem & aſperitatem a pilis pungentibus? Vaccæ tamen & oves libenter illam recentem devorant.

STAMINA QUATUOR, QUINQUE, SEPTEM: STILUS UNUS.

Germina ſeminum involuta capſula, in flore contenta.

COROLLÆ ROTATÆ.

STAMINA QUATUOR.

COROLLA QUADRIFIDA.

63. Centunculus minimus L.

Caulis ramoſus, vix triuncialis. Folia minima, ovato-lanceolata, plerumque alterna, inferiora oppoſita. Flores axillares. Calyx quadrifidus, corolla major; corolla alba, minima capſulala horizontaliter dehiſcens.

Grodnenſis, in muſcoſis humidis, Loſoſna: annua, florens junio. Lugdunea.

STAMINA QUINQUE.

COROLLÆ QUINQUEFIDÆ.

Caule repente, flore rubro.

64. Anagallis Phœnicea.

Caulis ramoſus, procumbens, tener. Folia oppoſita, ovato-lanceolata, aquoſa. Pedunculi uniflori, axillares. Calyx quinquefidus. Corollæ tubus breviſſimus; limbus planus, ruber, miniatus. Filamenta barbata. Capſula rotunda, horizontaliter dehiſcens. Semina numeroſa in alveolis placentæ rugoſæ nidulata. Herba amara, pedalis. Specimina inveni vix biuncialia.

Anagallis arvenſis L. communis, Grodnenſis, arvenſis, florens junio, annua. Lugdunea.

Obf. Planta officinalis œconomica, fucculenta, fubamara, fubaromatica, in phthifi, afthmate, non inutile adjuvans. Decoctum & fuccus foliorum utiliter adhibentur contra catarrhum cum tuffi & ardore faucium.

Vis contra rabiem, melancholiam, infaniam, adhuc dubia: fruftra in his morbis magna dofi dedimus. Certo planta edulis.

Oves, capræ, vaccæ libenter illam devorant.

Caule repente, flore luteo.

65. Numularia repens.

Caulis proftratus, radiculas emittens. Folia rotunda, integerrima; intermedia majora. Pedunculi uniflori, axillares: corolla lutea, magna. Stamina bafi unita, villofa. Calycis foliola quinque bafi cordata. Capfula rotunda, acuminata, apice dehifcens, decem valvis.

Grodnenfis, communis in foffis. Florens junio. Lugdunea.

Obf. Planta officinalis, œconomica. Folia inodora, faporis acerbi, non inutilis juxta noftras obfervationes in cura diarrhœæ, fub fine dyfenteriæ. Laudant plurimi contra hæmorrhagias, fputum fanguinis. Decoctum vere utile in ulceribus fenum.

Oves & capræ avide comedunt folia.

Eft Lyfimachiæ numutaria L.

Caule erecto, flore majori.

66. Lyfimachia panniculata.

Caulis erectus, tripedalis, ramofus. Folia fuboppofita, lanceolata. Flores racemofi: racemi terminales corymbofi. Calyx quinquefidus apicibus miniatis. Corolla crocea. Vagina producens ftamina.

Lyfimachia vulgaris L. Grodnenfis, communis, filvatica: florens julio, perennis. Lugdunea.

Lyfimachia panniculata, var. foliis ternis.

Lyſimachia panniculata, var. foliis quaternis.
Lyſimachia panniculata, var. foliis quinis.
In his tria, quatuor aut quinque folia ad nodos verticillatim diſpoſita.
Lyſimachia panniculata, var. foliis ovato-lanceolatis.
In omnibus varietatibus folia ſeſſilia aut ſubſeſſilia, integerrima aut ſubſinuata. Racemi pauciflori aut multiflori.
Communes Grodnenſes.

Obſ. Planta officinalis, œconomica, tinctoria. Folia auſtera. Decoctum fuit laudatum in hæmorrhagiis, diarrhœa, dyſenteria, ulceribus; ſed nullam ſpecialem harum virium obſervationem invenio: igitur adhuc de novo tentanda. Non fruſtra bis adhibuimus contra fluxum muliebrem; abſque noxa moderamen attulit. Vere combuſta odorem fortem & ſpecialem ſpargit.

Tenera a vacca, capra, ove avide comeditur.

Luteo colore lanas inficit.

Caule erecto, flore minori.

67. Lyſimachia thyrſiflora L.

Caulis ſimplex, vix pedalis, baſi circa nodos radiculas producens. Folia oppoſita, ſeſſilia, remota, anguſta, lanceolata; pagina inferiore, ſubvilloſa, albeſcentia. Racemi axillares foliis breviores, lateraliter naſcentes ex axillis foliorum inferiorum. Corollæ luteſcentes; laciniis anguſtis, vix linearibus, vixque baſi coalitis; apicibus macula crocea notatis.

Grodnenſis, paludoſa, communis Lipska: florens junio, perennis. Lugdunea.

Lyſimachia thyrſiflora, var. corollis ſeptemfidis.

Stamina ſeptem corolla longiora. Foliola calycis ſeptem. Thyrſus in utraque minimus, vix pollicari longitudine.

Mixta cum priori. Florens junio.

Obſ. Planta œconomica. Boves & capræ vix illam devorant : intactam, melioribus herbis repertis, derelinqunt illam.

COROLLÆ SEX ET SEPTEMFIDÆ.

68. Trientalis alſinæ flore.

Caulis palmaris, nudus. Folia lanceolata; inferiora minora. Inter folia pedunculi uniflori, pauci : unus aut alter. Calyx foliolis quinque formatus; corolla alba, plana; quaſi ex ſeptem petalis formata, baſi vix unitis. Stamina ſeptem. Capſula rotunda.

Trientalis Europæa L. communis; ſilvatica; Grodnenſis. Florens maio, perennis.

Sequentes inveni varietates : 1. Corolla quinquefida : 2. ſexfida : 3. octofida cum totidem ſtaminibus : 4. uniflora : 5. biflora : 6. triflora : 7. caule in medio uno folio ornato. In eodem loco ſegmenta corollæ acuta & obtuſa.

COROLLÆ TUBULATÆ.

Limbo concavo.

69. Primula odorata.


Folia radicalia, rugoſa, dentata; hirſuta. Scapus multiflorus, ſemipedalis, involucrum ex foliolis brevibus ad origines pedunculorum. Calyces longi, tubuloſi, ventricoſi, quinque angulares. Corolla lutea : tubo cylindrico. Capſula cylindrica, apice dehiſcens. Flores ſuave olentes, nutantes.

Primula veris L. communis, Grodnenſis, ſilvatica : florens maio, perennis. Radix ſpargens odorem caryophillorum. Lugdunea.

Obſ. Planta œconomica, officinalis. Flores ſuave olentes, odore proprio; radices contuſæ odorem caryophillorum ſpargunt. Infuſio florum & aqua diſtillata debile

PRIMVLA VERIS, PRIMVLA VERIS. L.

χλωρανθορθοσκιαδιώδης. πολυκαυλονδιόκομος



auxilium contra paralyſim, vertiginem: utiliores in morbis acutis cum proſtratione virium; præſertim infuſio in vino, radix pulveriſata, aut, quod melius, recens infuſa in doloribus artuum non contemnendum adjuvans. Pulvis recentis radicis inſpiratus mihi ſternutationem non excitavit; irritat tamen nares. Flores vinum, radix cereviſiam flagrantem reddunt. Folia in acetariis & placentis ab Anglis introducta. Corollæ plerumque deſſicatione vireſcunt.

Folia pabulum ſalutare pecoribus primo vere ſuppeditant; adultiora nimium dura, melioribus repertis, oves & capræ contemnunt.

Limbo plano.

70. Primula inodora.

Habitus præcedentis, altior, pedalis; folia majora. Flores majores, vix nutantes. Corolla pallens: fauce flava: limbo plano.

Primula elatior L. Grodnenſis, ſilvatica, perennis: florens aprili, maio; rarior. Lugdunea, communis.

COROLLÆ TUBULOSÆ LIMBO VILLOSO.

Foliis ternatis.

71. Menyanthes trifoliata L.

Aquatica: folia ternata, longe petiolata, amariſſima. Scapus baſi foliorum involutus. Flores racemoſi. Corollæ albæ: limbo pilis longis criſpis pulchre ornato. Stigma bifidum. Capſula bivalvis.

Communis in paludibus., Grodnenſis, florens a maio ad julium, perennis. Lugdunea.

Variat foliis ovatis aut lanceolatis, majoribus aut minoribus, æqualibus aut inæqualibus, integerrimis aut ſubſerratis, corollis albis, carneis, rubris, racemo elongato aut contracto.

Obf. Planta officinalis, œconomica, tinctoria. Folia faporis acris, amariffimi, odoris proprii, pretiofum medicamentum fuppeditant pro debellandis morbis chronicis; experientia probatum contra icterum, chlorofim, affectionem hypochondriacam, cachexiam, debilitatem ventriculi cum faburra pituitofa. Sola fæpius fufficienti dofi adminiftrata febres quartanas profligavit.

Decoctum utile pro ulceribus antiquis ad flatum plagæ reducendis. Intus & extus præfcriptum utile adjuvans in fcabie. Plura alia promittit in practicis rite præfcripta hæc fpecies.

Folia comeduntur ab ovibus & capris; illorum appetitum acuunt. Præparata colorem viridem tinctoribus largiuntur.

Foliis fimplicibus.

72. Nymphoides orbiculata.

Aquatica: caulis tenuis. Folia natantia, cordata, integerrima, orbiculata, diametri pollicis. Pedunculi plurimi, axillares. Corolla magna, lutea, tubo brevi: limbo campanulato, marginibus ciliatis, pilis brevioribus; vix quinquefida. Capfula mollis, compreffa.

Menyanthes nymphoides L. Grodnenfis. In aquis filvæ Bobrowfzczyzna. Florens junio, rara: perennis. Lugdunea.

COROLLÆ HYPOCRATERIFORMES.

73. Hottonia millefolium.

Aquatica. Caulis emerfus, erectus, nudus. Caulis immerfus, foliis pinnatis numerofis ornatus: Pinnulæ vix lineares, numerofiffimæ, fragiles. Flores racemofi: pedunculis verticillatis. Calyx perfiftens: corolla tubulofa; limbo plano; capfula rotunda, fubpentagona.

Hottonia paluftris L. communis, Grodnenfis, in flagno Ieziory. Florens maio, perennis. Lugdunea.

Obf.

P.49. N.74.

GENTIANA pneumonanthe L.



Obſ. Planta œconomica, fatua. Recentem plantam vix tangunt pecora, propter fœtorem accidentalem; ſiccatam comedit capra, ſed miſerum præbet pabulum; cæterum pulcherrima planta, diu florens, magnitudine florum panniculi conſpicua.

STAMINA QUATUOR AUT QUINQUE.

Stigmata duo.

GENTIANÆ.

Corollæ monopetalæ, multiformes. Tot ſtamina, quot ſegmenta calycis & corollæ: in noſtris ſegmenta quatuor aut quinque. Stigmata duo. Capſula elongata, bivalvis. Folia ſimplicia, glabra, oppoſita, elongata, amara.

COROLLÆ CAMPANULATÆ.

74. Pneumonanthe anguſtifolia.

Caulis cubitalis, tenuis, vix ramoſus. Folia linearia aut anguſto-lanceolata. Flores axillares, ſolitarii, oppoſiti, pedunculati. Corollæ campanulatæ, elongatæ, pollicares, ſaturate cæruleæ, quinquefidæ, tubo punctato. Plicæ inter ſegmenta. Stamina quinque, filamentis piſtillum vaginantia.

Gentiana Pneumonanthe L. Grodnenſis, ſat frequens in ſilvis: Loſoſna florens ſeptembri, perennis. Lugdunea.

Pneumonanthe anguſti folia, var. foliis latioribus, floribus ſeſſilibus.

Sæpe in iiſdem ſpeciminibus folia ſunt linearia & lato-lanceolata; flores inferiores petiolati, ſuperiores ſeſſiles. Mixta cum præcedenti.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES.

75. Centaurium umbellatum.

Caulis ſemipedalis, quadratus, alatus. Folia radicalia latiora,

obtusa. Omnia trinervia, lutescentia. Flores terminales, subumbellati. Calyx profunde quinquefidus. Corollæ tubus angustus, striatus : limbo purpureo, quinquefido : segmentis patulis, obtusis. Capsula gracilis, cylindrica, quasi bilocularis.

Gentiana Centaurium L. Grodnensis, arvensis, communis; florens junio, annua. Lugdunea.

Centaurium umbellatum, var. ramosissimum.

Rami axillares, oppositi; caulis pedalis. Folia majora; corollæ carneæ.

Arvensis Grodnensis; florens septembri, annua.

Centaurium umbellatum, var. floribus albis.

Sat frequens in arvis; florens augusto.

Centaurium palustre minimum flore inaperto, Vaill. Paris. t. 6. f. 2. Inveni in stagno prope Novogrodok. Lithuanica, Lugdunea.

Obs. Planta officinalis, œconomica : radix vix amara, sed non prorsus fatua. Folia amarissima. Corollæ vix ingratum amarum saporem excitant; cæterum omnes partes inodoræ. Aqua distillata fatua. Extractum gummosum & resinosum vires retinens, præstans medicamentum sæpe fausto eventu contra plurimos morbos præscriptum. Verum gentianæ luteæ succedaneum; sæpe solo decocto centaurii minoris mensium fluxum à longo tempore suppressorum determinavimus; magna dosi recens planta leviter cocta unam aut alteram alvi evacuationem procurat; hoc phænomenon pluribus observationibus confirmatum in Adversariis nostris invenimus. Pulvis foliorum cantaurii in febribus tertianis vernalibus vice fungitur corticis Peruviani sicut sæpe probavimus. Decoctum hujus plantæ putredinem ulcerum corrigit. Plantam defficatam oves & capræ comedunt.

COROLLÆ HYPOCRATERIFORMES.

Quinquefidæ.

76. Amarella quinquefida.

Habitus centaurei; caulis basi violaceus. Folia viridi-nigrescentia. Rami axillares foliosi & floriferi. Flores spicati. Segmenta calycis tubulosi inæqualia. Corollæ tubus viridescens, longus. Limbus planus, cæruleus aut rubro-violaceus; fauce ornata membrana, laciniata, fimbriata.

Gentiana amarella L. communis; florens octobri. Grodnensis, in humidis silvis, annua. Lugdunea, montana.

Tetrafidæ.

77. Amarella quadrifida.

Similis præcedenti: differt caule breviore, segmentis calycis quatuor, corollis cæruleis quadrifidis, fimbriis faucis tenuioribus.

Gentiana campestris L. citius florens, arvensis, rarior, annua. Lugdunea.

COROLLÆ OCTOFIDÆ.

78. Cruciata verticillata.

Caulis semipedalis. Folia per paria cruciatim disposita; quinquenervia, ovato-lanceolata, lutescentia, vaginantia. Flores subsessiles, verticillum axillarem formantes, terminantes, umbellati. Calyx corollæ adhærens, tubulosus, albescens. Corollæ segmenta quatuor, interjectis quatuor minoribus, bifidis. Corolla saturate cærulea.

Gentiana cruciata L. communis, Grodnensis; florens augusto: silvatica, perennis, Lugdunea.

Obs. Planta officinalis. Radix vere amara. Folia etiam amara. Pro curatione ulcerum vetustiorum efficax decoctum: cæterum in iisdem morbis internis præscribenda sicut radix gentianæ

luteæ. Drachma una pulveris radicis hausta cum succo citronum ante paroxysmum febris tertianæ, profligavit hunc morbum.

STAMINA QUINQUE : STILUS UNUS.

LURIDÆ.

Tot stamina, quot segmenta corollæ & calycis : plerumque quinque in nostris. Corolla unipetala, plerumque limbo regularis. Folia sæpius alterna, patula. Fructus semina includens plurima, siccus aut mollis. Pleræque fœtidæ, tristes : plurimæ venenatæ aut saltem narcoticæ.

COROLLÆ REGULARES ROTATÆ, ANTHERÆ COALITÆ.

SOLANA L.

Foliis hastatis.

79. Dulcamara lignosa.

Caulis basi frutescens, volubilis, parte suprema herbacea. Folia inferiora cordato-lanceolata, superiora hastata. Flores racemosi, axillares. Corollæ cæruleæ. Antheræ sagittatæ; fructus : bacca rubra.

Solanum dulcamara L. silvatica, Grodnensis, frequens, florens junio, perennis, Lugdunea.

Dulcamara lignosa var.. floribus albis.

Rarior, silvatica, Grodnensis Lososna, florens julio.

Dulcamara lignosa var. foliis omnibus hastatis.

In ista folia omnia exhibebant basi auriculas duas, inæquales.

Grodnensis, rara in silva Grandzicze.

Obs. Planta officinalis, œconomica. Cortex & folia subamara cum sensu dulcedinis. Odor foliorum proprius,

narcoticus. Succus foliorum & decoctum externo usu non inutile topicum contra inflammationes & cancros; infusum corticis affatim potum cum fausto eventu præscriptum in pleuritide, peripneumonia, phthisi, ulceribus internis, scabie, herpetibus. Vis purgans decocti nondum satis confirmata; quid valeat contra luem veneream adhuc observationibus novis probandum. Baccæ vomitum excitant magna dosi seu ad viginti deglutitæ: tres aut quatuor nullum sensibilem effectum producunt. Prudenter tentatæ minima dosi administratæ in posterum suppeditabunt famosum medicamentum. Extractum more Storckiano paratum absque noxa potest administrari. Folia recentia probatum medicamentum in ulcere vesicæ, rheumathismo; sensibiliter urinæ fluxum adaugens; aliquando purgans.

Flores cæruleum pulchrum colorem pro pictura suppeditare possunt. Rami flexuosi & dociles utiliter inservire possunt pro operibus vimineis.

Illustranda, raras occultat proprietates. Jam exemplo immortalis Storckii demonstratum habemus sub manu prudentis medici nulla vera existere venena, illaque sola tuta & efficacia suppeditare auxilia. Pecora has plantas non comedunt.

Bacca nigra.

80. Solanum nigrum.

Caulis ramosus, herbaceus, inermis, pedalis. Folia mollia, ovata, dentato-angulata. Florum racemi subumbellati, nutantes. Corollæ albescentes. Bacca nigra.

Bacca rubra.

81. Solanum rubrum.

Caulis vix palmaris. Folia ovata, vix dentata, tincta

cærulescente colore. Corollæ albo-cæruleæ: baccæ rubræ.

Bacca lutea.

82. Solanum luteum.

Tota planta hirsuta, folia pilosa, laciniata. Corollæ albo-lutescentes. Baccæ luteæ.

Solanum nigrum Linnæi complectitur tria nostra, quæ in hortis frequentia, annua, in cultis hortis florentia julio, augusto, Grodnensia, Lugdunea.

Obs. Tres nostræ species sunt officinales, fere inodoræ, fatuæ, attamen narcoticæ. Magna dosi decoctum foliorum aut baccæ ebrietatem, vertiginem, soporem excitant; minima dosi nullum effectum nocivum producunt. Intus pulvis foliorum adhibitus ulcera mali moris carcinomatosa curavit. grana sex ipsemet devoravi absque noxa. Tentanda sicut conium maculatum cum cautelis a duobus granis, sensim dosim augendo. Sic procedendo practici arcanum possidebunt pretiosum pro debellandis plurimis chronicis. Succus extus ad linguæ rhagades laudatus; etiam utile auxilium topicum in paronichia. *Planta novis observationibus verificanda: est solanum officinarum acinis luteis.*

Radicibus tuberosis.

83. Solanum tuberosum L.

Radices tubera plurima farinacea producentes. Caulis ramosus, bipedalis. Folia pinnata, subhirsuta: foliola majora, & minora, impari majore. Flores racemosi: corollæ magnæ cæruleo-purpurascentes. Bacca avellanæ magnitudinis atro-rubens.

Planta Peruviana, perennis, in arvis Lithuanicis culta, florens augusto.

Obs. Planta œconomica, officinalis. Farina tuberum per se difficilis digestionis, flatuosa. Observatione frequentiore confirmatum habeo infantes tuberibus nostris præcipue

nutritos, tumoribus frigidis, ſcrophulis, infartui meſenterii præcipue eſſe obnoxios. Farina ſolani tuberoſi fermentationi levi ſubmiſſa, facilius digeritur, optimumque alimentum annonæ tempore ſuppeditat. Tubera fatua vario modo aſſata nunc ubique etiam delicatulis offeruntur. Parca quantitate comeſta alimentum innoxium. Panem pura hac farina præparatum comedi boni ſaporis, ſed ponderoſum. Folia & caules fatua, inodora, in noſtra Lithuania; abſque effectu nocivo comedi cruda ſat magnâ doſi. Extus in inflammationibus, panaritio, hæmorrhoidibus dolentibus, ambuſtionibus, forte efficacius non eſt topicum quam pulpa foliorum ſolani tuberoſi.: plurimis obſervationibus hos effectus ſalutares ſtabilitos habemus. Nondum folia intus præſcripſimus; tuta analogia promittit hæc planta fauſtos eventus ex uſu foliorum & baccarum in iiſdem morbis jam enumeratis, quando expoſuimus vires dulcamaræ. Sed deplorando fato practici paucis remediis exoticis contenti, ſalutaria medicamenta quæ minimo pretio ſuppeditat natura, contemnunt & derelinquunt empiricis ignaris, qui his auxiliis ſæpe ſæpius propellunt morbos inutili conatu a peritiſſimis medicis tractatos.

Nota. Ex quoque fruſtulo tuberis, dummodo ſit oculus, exurgit nova planta; ideo facillime propagatur in Lithuania. Tubera parvæ nucis magnitudine, niſi ſit culta planta in terra pingui. In Gallia tubera ſæpe pugni volumen ſuperant. Caules procumbentes terra oneratæ radiculas emittunt ex quibus evolvuntur nova tubera.

In Lithuania hirſutitiem ſæpe deponit hæc ſpecies; aliquando non floret; ſæpe invenio folia junioris plantæ petiolata, ſimplicia, ſeu non pinnata, aut tantum infra folium majus duæ auriculæ obſervantur. Folia laciniata paſſim etiam invenio: unde videre eſt quantum phraſes Linnæanæ ſunt ſæpe fallaces.

COROLLÆ REGULARES INFUNDIBULIFORMES.

Foliis glutinosis.

84. Tabacum ovato folio.

Caulis pedalis. Folia ovata, integerrima, petiolata, glutinosa, acria, fœtida. Flores numerosi, subracemosi. Calyx campanulato-tubulosus. Corolla lutescens, tubo brevi. Capsula rotunda, bivalvis, bilocularis: semina minima, numerosa.

Nicotiana rustica L. Grodnensis, passim in arvis, non seminata; florens augusto, annua, Lugdunea.

Obs. Planta officinalis, œconomica. Folia acria nauseosum & narcoticum spargunt odorem. Pulvis foliorum præparatorum sternutamenta movet, pituitæ narium fluxum excitat, longo usu certe olfactum debilitat, abusu memoriam minuit, disponit ad vertiginem, apoplexiam. Fumus fistula suctus & repulsus apud assuetos præsertim in regionibus frigidis non nocet. Qui quotidiano usu non sumunt pulverem tabaci, hujus ope sperare possunt levamen ophthalmiæ cum copia lacrymarum laborantes.

Fumus tabaci instrumento proprio in intestinis propulsus, in timpanitide, cholera, aliquando fuit utilis.

Extus folia applicata sæpe ulcera antiqua cum sanie reducunt ad statum recentis vulneris. Non inutile topicum pro resolutione tumorum frigidorum recentium; lotio cum decoctione tabaci in morbo pediculari utilis. Intus magna dosi pulvis tabaci sumptus emesim cum anxietate excitat; minori dosi tractabile medicamentum non spernendum pro debellandis plurimis morbis chronicis, scilicet his qui ab infartu, obstructionibus, originem ducunt; sed prudenter a practicis tractandum ferox istud remedium. Decies vidi cum stupore juvenes nostros Lithuanicos, febre vernali tertiana laborantes, miscere

eum ſpiritu cereviſiæ cochlear unum pulveris tabaci venalis, uno hauſtu deglutire: hos omnes ſanos vidi poſt aliquas evacuationes ano & cato. Diſcant hoc certiſſimo exemplo cogitantes medici quam lubrica ſunt anodynorum practicorum dogmata; ſerio ſequantur exemplum Storckii, qui centies factis inconcuſſis demonſtravit nulla, ſub directione ſagacis medici, eſſe vera venena, iſtaque ſola tali livore notata nobis ſuppeditare poſſe efficaciora auxilia.

Capſula echinata.

85. Stramonium ſpinoſum.

Caulis tripedalis, ramoſus: ramis oppoſitis, diffuſis. Folia ovata, glabra, anguloſa, fœtida. Calyx tubuloſus, anguloſus, caducus. Carolla maxima, alba, plicata; tubo longo: limbo patente, quinquedentato. Capſula bilocularis, quadrivalvis, erecta, ovata, nuce major, echinata. Semina nigra, reniformia, numeroſiſſima.

Datura Stramonium L. communis inter rudera Grodnæ, diu florens, annua, Lugdunea, rara.

Obſ. Tota planta a longe viroſum ſpargit odorem. Officinalis venenum narcoticum & medicamentum heroicum: minima doſi ſomnum profundum facit; altiori delirium, amentiam, maniam, convulſiones, ſubſultus tendinum, paralyſim, aphoniam. Funeſto errore ſemina loco ſeminum nigellæ erant vendita.

Acetum egregium hujus plantæ antidotum. Extus applicata pulpa foliorum dolores atroces hæmorrhoidum ſæpius ſedavi. Super cancrum ulceratum appoſita roſionem impedit doloreſque ſopit. Primus clariſſimus Storckius, vir natus pro bono publico, extractum ſtramonii in morbis internis methodice & audacter exhibuit; tentavit fauſto ſucceſſu pro debellandis inſania, convulſio-

nibus, epilepsia. Res miranda prorsus quod planta quæ nimio dosi hos morbos excitat, parca dosi possit eosdem propellere. Nondum propria nostra experientia has vires confirmare potuimus. In mania ab amico, administrato extracto stramonii morbum jugulatum vidimus. Nihil contrarii eventus contra illustrissimum Storckium probant.

In gravissimis morbis medicamentum quod decem ex centum sanat ægrotantes, medico vero semper erit pretiosissimum.

Sero autumno vaccæ avide & sine noxa comedunt folia stramonii frigore nocturno temperata & correcta, sed plantam recentem intactam relinquunt. Forte etiam frigore correcta tutius adhiberetur in medicina.

COROLLÆ ROTATÆ LIMBO IRREGULARI.

VERBASCA L.

Caules erecti, villosi, medullosi. Folia mollia, villosa. Flores dense spicati, numerosissimi. Calyx campaniformis, quinquefidus, laciniis inæqualibus; tubus brevissimus corollæ perpendicularis, hujus segmenta inæqualia, subrotunda, duo superiora breviora, inferiora tria majora: intermedio longiore. Stamina inæqualia, filamenta plerumque barbata, curva. Capsula ovato-conica, bilocularis, bivalvis: semina minima, numerosa.

Foliis decurrentibus lanatis.

86. Verbascum lanatum.

Caulis quadripedalis. Folia inferiora, magna, semipedalia, ovata, crenata: caulina decurrentia, tomento denso onusta, inde albescentia. Spica simplex, pedalis, crassa. Flores densi, pallide lutei. Filamentorum barba albida. antheræ miniatæ.

Verbafcum thapfus L. Grodnenfis, juxta vias frequens, florens augufto, perennis, Lugdunea.

Verbafcum lanatum, var. fpica ramofa.

In ifto folia breviora. Spica ramos plurimos floridos producens. Corollæ luteæ, magnæ; filamenta purpurea. Sat frequens in arvis: Grodnenfis.

Obf. Florum verbafci infufum numerofis noftris obfervationibus vere pretiofum auxilium in dyfenteria, diarrhœis activis, colica, tuffi. Decocti foliorum enema in his morbis utiliffimum adjuvans.

Foliis petiolatis tomentofis.

87. Verbafcum parvo flore.

Caulis cubitalis, tenuis, ramofus. Folia inferiora petiolata, ovato-lanceolata, minora, fuperne villofa aut glabra, inferne fubtomentofa; caulina vix petiolata, non decurrentia, fuperiora feffilia. Flores fpicati, racemofi: racemis plurimis ex fpica. Flores parvi albi aut lutefcentes. Filamenta barbata.

Verbafcum Lychnitis L. rarior juxta Niemen fluvium: Florens julio, annua. Lugdunea.

Foliis faturate viridibus.

88. Verbafcum nigrum. L.

Caulis bipedalis. Folia inferiora petiolata, majora quam in præcedenti, cordato-lanceolata, fuperne viridi-nigefcentia, inferne vix tomentofa: fuperiora feffilia, ovato-lanceolata. Corollæ flavæ, medio circulo purpureo: barbulis filamentorum purpureis.

Communis in arvis, Grodnenfis, florens augufto, perennis. Lugdunea.

Verbafcum nigrum var. caule ramofiffimo, fpicis ramofis, foliis palmaribus. Sic in terris pinguioribus prope Grodnam.

COROLLÆ CAMPANIFORMES, LIMBO IRREGULARI.

89. Hyoſcyamus niger L.

Herba villoſa, unguinoſa, fœtida. Caulis cubitalis, ramoſus. Folia molliſſima, elongata, pinnatifida, amplexicaulia. Flores terminantes congeſti. Calyces campanulati. Corollæ magnæ, luteſcentes, venis nigris pictæ. Stamina inæqualia, inclinata; capſula operculo tecta, per maturitatem deſiliente.

Communis Grodnenſis inter rudera, diu florens. Annua. Lugdunea.

Obſ. Calyx villoſus, pilis albis, longis. Corolla triſti aſpectu ſublutea, lineis purpureo - nigris picta. Filamenta violacea. Antheræ ſtriatæ, violaceæ, rubræ, duobus ſtriis albis. Filamenta tertia parte longitudinis tubo corollæ agglutinata. Calyx tegit capſulam quæ cucurbitæ cum operculo figuram refert. Semina numeroſiſſima, alba, placentæ columnari adhærentia.

Vis delirium excitans reſidet in radice foliis & ſeminibus. Vidimus infantem ſex annorum natum qui ſemina aliquot capſularum deglutierat, ſpatio trium dierum omnia ſigna amentiæ offerentem. Extractum hyoſcyami vere pretioſum minima doſi præſcriptum, ad tria grana pro majori in morbis convulſivis. Sæpe fauſto eventu tentavimus, in eclampſia, in convulſionibus hyſtericiſiis: in mania, etſi ſæpe præſcripſimus, nullum utilem effectum obſervavimus.

COROLLÆ CONICÆ, PLICATÆ, PLANTÆ VOLUBILES.

Plantæ lacteſcentes, acres, purgantes. Caulis tenuis circa alias plantas volutus. Folia alterna, ſagittata; pedunculi uniflori, foliolis oppoſitis ornati. Flores e regione oppoſita foliorum nati: calyces quinquefidi; corollæ tubo

continuo ampliato formatæ, campaniformes, in quinque angulis plicatæ, breviſſimis ſegmentis quinquefidæ. Capſula piriformis, trilocularis.

Bracteis maximis.

90. Convolvulus major.

Caulis ſexpedalis. Folia magna, quaſi cordata, haſtæ hamis truncatis anguloſis. Foliola pedunculum terminantia maxima, cordata, calycem tegentia. Corolla alba, maxima, tripollicaris.

Convolvulus ſepium L. communis, Grodnenſis; florens julio in ſilvis, Lugdunea.

Obſ. Planta officinalis, œconomica, lacteſcens, acris, amara; ſuccus inſpiſſatus egregium purgans, præſtans medicamentum pro hydropis, icteri, ſcabiei, herpetum curatione. Folia contuſa ulcera cito ad bonam ſuppurationem reducunt. Non inutile auxilium pro reſolutione tumorum frigidorum.

Radices autumno quærunt ſues, quas quando copioſe poſſunt comedere, inde ſenſibiliter pingueſcunt.

Tuta analogia ducti medici hanc ſpeciem tentare poſſunt in plurimis morbis chronicis; pertinet enim ad familiam vere medicamentoſam: maxima autem ſimilitudo inter convolvulos noſtros & ſpecies hujus generis exoticas. Huc veniunt pretioſa purgantia, ſoldanella, turpethum, jalappa, ſcamonium, mechoacana.

Bracteis parvis.

91. Convolvulus minor.

Caulis bipedalis, tenuior, plerumque ſimplex, folia remota, poſtice acuminata: Foliola pedunculorum a calyce remota, minima. Corolla alba, parva, vix pollicaris.

Convolvulus arvenſis L. communis in arvis, Grodnenſis,

diù florens a junio ad auguſtum, perennis, Lugdunea.

Varietates ſequentes vidimus circa Grodnam: 1. caule ramoſo: 2. foliis apice obtuſis: 3. baſi vix ſagittatis: 4. corolla roſea: 5. corolla purpurea.

Obſ. Planta officinalis, œconomica. Recens planta lacteſcens, acris. Succus expreſſus, addita parva quantitate aquæ, vere alvum movet & abſque torminibus purgat.

Nondum ſat probatum auxilium in morbis chronicis: plurimos ſucceſſus promittit ſagaci medico. Illius efficaciam in morbis cutis, ſcabie, herpete, jam aliquot non dubiæ ſtabilierunt obſervationes. Vitium agrorum, debilitat planta volubilis herbas circa quas volvitur; bonum tamen pabulum pro vaccis, ovibus & capris.

STAMINA QUINQUE : STILI DUO.

COROLLÆ CONTORTÆ.

Hujus claſſis naturalis duas tantum Lithuanis natura dedit ſpecies.

Corolla parva, alba.

92. Aſclepias alba.

Caulis lignoſus, erectus, bipedalis, non ramoſus. Folia cordato-ovata, acuminata, dura. Flores racemoſi, axillares, ſubumbellati, terminantes. Calyx minimus: corollæ parvæ, albæ, rotatæ, ſegmentis acutis; faux clauſa quinque fruſtulis irregularibus, ſtamina comprimentibus. Fructus: vaginæ duæ, erectæ, anguſtæ, longæ, ſemina numeroſa, pappo coronata, lateraliter aperta, emittentes.

Aſclepias vincetoxicum L. communis, ſilvatica, diu florens, a junio ad auguſtum, perennis. Radix aromatica, acris. Grodnenſis, Lugdunea.

Aſclepias alba, var. Foliis inferioribus rotundis, omnibus villoſis, Grodnenſis, ſilvatica, frequens.

Obſ. Planta primi anni vix pedalis, caulis unus ex radice.

Folia minus acuminata, magis villosa, umbellam producens terminantem caulem, raro racemos axillares: in planta annorum subsequentium, ex radice magna plurimi caules altiores; folia magis elongata; racemi axillares, numerosi: sed quod singulare, attamen sat constans, ex una tantum ala alternatim oriuntur racemi. In circonferentia ex uno puncto plurimi æquales pedicelli uni flori, in centro nonnulli longiores biflori: unde in phrasi Linnæana dicitur umbellis proliferis.

Planta officinalis. Radix aromatica, amara, acris. Flores spargunt odorem proprium, non mihi ingratum.

Mitiora sunt folia quam radix; siccata, diu masticata proprium saporem excitant non valde ingratum.

Etiamsi hæc species proxime affinitate sit conjuncta cum apocynis eminenter venenatis & acribus, non inde petenda suspicio malignitatis: nonne solana plurima mitia sunt mixta cum venenosis; certe centies veteres practici intus præscripserunt vincetoxicum; nullus pravos observavit effectus: econtra laudarunt sicut præstantissimum remedium pro sudoribus eliciendis, pro fluxu menstruo provocando. Utiliter præcripserunt contra hydropem anasarcam. Decoctum exhibebant pro resolutione tumorum frigidorum, pro depuratione ulcerum cum sanie putrida. Radix recens vomitum excitat; desiccata urinæ fluxum evidenter adauget: unde sperandi sunt egregii effectus, si moderata dosi, in morbis cum atonia & stagnatione humorum detur. Forte ætas futura laudabit in scrophulis, scabiosis effectibus, ulcerationibus internis. Nonnullæ observationes nobis propriæ hanc spem adaugent. Gelu tactam hanc herbam comedunt equi: recentem respuunt & equi & oves.

Corolla magna.

93. Pervinca procumbens.

Radix tenuis; caules plurimi, repentes, sublignosi;

geniculati, e nodis radiculas emittentes. Rami floriferi, erecti. Folia caulium sempervirentia, opposita, brevi petiolo contorto donata, ovato-lanceolata, obtusa, parva, lævia, sicca, superne saturato virore nitentia, inferne dilutiore: folia ramorum læte viridia, mollia. Pedunculi curvati, axillares, uniflori. Calyx quinquefidus, tubo floris brevior. Corolla cærulea. Tubus longus ore pentagono. Limbus planus, segmentis quinque oblique dispositis; stamina amplectuntur stigmata; filamenta brevia, inflexa. Antheræ membranaceæ, marginibus terminatæ. Folliculi longi, acuminati, longitudinaliter dehiscentes. Semina numerosa, oblonga, cylindracea, sulcata.

Vinca minor L. Inveni communem in hortis Lithuaniæ, non crederem spontaneam; stolonibus propagatur. Nunquam floruit in horto academiæ; communis prope Lugdunum; floret initio martii, sed fructus non evolvitur nisi planta in vase sit coercita.

Obs. Corolla infundibuliformis, laciniis oblique sectis. Stili duo stigmata: unum superius perforatum, capitatum; inferius orbiculatum, planum. Fructus: folliculi duo erecti. Semina nuda.

STAMINA QUINQUE.

COROLLÆ SUPERÆ, GERMINA INFERA.

CAMPANACEÆ.

Foliis pinnatis.

94. Polemonium Valerianæ folio.

Caulis tripedalis, ramosus. Folia pinnata: foliolis ovato-lanceolatis, integerrimis, per paria decena, extremo impari. Flores racemosi, glomerati, terminantes. Calyx campaniformis. Corolla campanulato-rotata, saturate cærulea;

cærulea ; bases filamentorum latæ , fundum corollæ claudentes : inde germen inferum ; capsu a trilocularis , infera.

Polemonium cæruleum L. communis in silvis , Grodnensis , diu florens a junio , perennis.

Polemonium valerianæ folio , var. caule simplici , paucifloro.

Præcedenti in omnibus partibus minor , racemo simplici , paucifloro , terminante , foliis valde remotis : unde facies propria videtur ; soboles primi anni , Grodnensis.

Polemonium valerianæ folio , var. floribus albis.

Ista ramosissima , caule crassiore , foliolorum paribus numerosioribus ad sedecim , corollis in uno specimine omnibus albis , in alio albis & cæruleis , in variis ramis.

Progenies terræ vegetabilis pinguis , Lososna in depressis locis , Grodnensis. Omnes variant foliolo impari , bifido , trifido , quinquefido.

Obs. Planta œconomica , introducta in hortis recreat oculos copia & pulchritudine florum. Cæterum fatua & inodora , copiose mucum nutritium suppeditat pecoribus ; bos , capra , ovis , libenter comedunt folia.

Nota. Veteres botanici , prætermissa analysi partium fructificationis hanc plantam cum valeriana silvestri compararunt ; re vera ante florum evolutionem summam. Inter utramque reperio similitudinem , præsertim quoad caulescentiam & foliationem.

CAMPANULÆ L.

Lactescentes. Radices juniores mucum nutritivum copiose exhibentes , passim cum resinoso acri mixtum. Folia simplicia. Calyces ex quinque foliolis germina coronantibus. Corollæ campanulatæ , ante evolutionem quinque vicibus plicatæ , quinquefidæ , raro ad mediam partem longitudinis campanæ. Staminum filamenta inferius plana. Stigmata tria ante evolutionem corollæ coalita , post

disjuncta, revoluta. Capsulæ plerumque triloculares, squamis basi, sicut valvulæ, elevatis, semina fundentes.

Folia caulina linearia, radicalia lata.

FLORES LONGE PEDUNCULATI.

95. Campanula rotundifolia, var. hederulæ folio.

Caulis simplex, palmaris. Folia inferiora, petiolata, quinqueloba: intermedia lineari-lanceolata, dentata; superiora linearia. Flos unicus terminans caulem. Corolla semiuncialis, cærulea.

Campanula rotundifolia var. Reniformifolio.

Differt foliis inferioribus basi excavatis, latioribus quam longis, crenatis; intermediis ovato-lanceolatis, serratis; in medio caule lanceolatis, serratis; supremis linearibus; floribus paucis, 4 aut 5; pedunculis axillaribus.

Campanula rotunda var. ovato folio.

Pedalis differt foliis radicalibus ovatis, crenato-dentatis.


Obs. Planta œconomica. Flores præparati dant pigmentum viride; sed longa maceratio requiritur in aqua aluminosa.

96. Campanula linifolia, var. foliis radicalibus reniformibus.

Differt caule pedali, ramoso, cærulescente, foliis caulinis confertis, linearibus integris, sublanceolatis; radicalibus reniformibus, crenatis, diametri octo linearum; pedunculis bifloris, trifloris: floribus majoribus, variat. flore albo.

Campanula linifolia var. Foliis radicalibus ovato-lanceolatis.

Differt foliis pollicari longitudine, basi producta in petiolo,


CAMPANVLA ὀπωρομειζόρειος P.67. N.98.
rapunculus L.
CAMPANVLA
ὀρεομικρόπωρος
var. ej:

inferius dentato-ferratis, a medio ad acumen integerrimis; floribus minoribus, violaceis, fubracemofis: racemis quinquefloris, numerofis.

Vix omnes poffunt referri ad rotundifoliam Linnæi, quæ Lugdunea.

Grodnenfes in filvis, communes, diu florentes, a junio ad octobrem, perennes.

Ramis divergentibus.

97. Campanula patula L.

Caulis bipedalis, fuperius ramofus: ramis patulis, a centro remotis. Folia radicalia ovalia, lanceolata, late petiolata; caulina feffilia, ovalia, lanceolata, remota; omnia glabra, lutefcentia. Pedunculi pauciflori: calyces glandulofi; corollæ mediocres, cæruleæ.

Grodnenfis, communis in filvis, florens junio, biennis.

Campanula patula, var. flore albo.

Campanula patula, var. flore purpurafcente.

Campanula patula var. foliis caulinis inferioribus ovalibus, crenatis, aut ferratis, decurrentibus.

Campanula patula, var. caule fimplici, fulcato; pedunculis unifloris: floribus panniculatis, patulis.

Campanula patula, var. caule fimplici, pedunculis trifloris, foliis pulchre lilaceis.

Cum primaria, filveftres, florentes junio.

Racemis coarctatis.

98. Campanula coarctata.

Facies præcedentis: caules plurimi, angulofi, fcabri, cubitales, fimplices. Folia radicalia fpatulata; caulina latiora quam in præcedenti, quafi lingulata, faturate viridia, glabra, undulata. Racemi florales plurimi, axillares, coarctati. Corollæ minores, numerofiores.

Videtur var. rapunculi L. Grodnenfis, florens junio, in filvis prope Niemen.

Foliis lanceolatis, ferratis.

99. Campanula perficifolia L.

Caulis tripedalis, fimplex. Folia radicalia obovata : caulina lanceolata, linearia, feffilia, fubferrata, longiffima, faltem quinque pollicum. Pedunculi axillares, uniflori, longi. Calyces glabri. Corolla brevis, late campaniformis, magna, faturate cærulea.

Communis in filvis, Grodnenfis, florens junio, perennis. Lugdunea.

Campanula perficifolia, var. foliis radicalibus lanceolatis, duplo longioribus; pedunculis brevioribus; floribus minoribus, longam fpicam formantibus.

Campanula perficifolia, var. caule unifloro; foliis integerrimis, rubefcentibus.

Campanula perficifolia, var. maxima, latifolia.

In ifta caules quatuor pedales; folia inferiora magnitudine & forma folia amygdali referentia; caulina longitudine palmari, octo linearum lata. Pedunculi paffim tres ex una axilla. Corollæ majores, faturate cæruleæ.

Communes in filvis, Grodnenfes, florentes julio, ultima feptembri.

Obf. Radix perficifoliæ fucculenta; magna quantitate fuccum nutritium fuppeditat, annonæ tempore pretiofum auxilium.

Capræ, oves, equi folia libenter comedunt.

Floribus magnis panniculatis.

100. Campanula fpeciofa.

Facies præcedentium, fed flores majores; pedunculi triflori gradatim afcendendo panniculum fplendidum for-

mant. Calyces hirſuti, pilis compoſitis, rigidis, albiſſimis. Folia duriora, ſubaſpera.

An adhuc varietas perſicifoliæ? crederem; paſſim enim video in iſta calyces hirſutos.

Corollis odoratis.

101. Campanula ſuaveolens.

Caulis ſimplex, quinquepedalis. Folia inferiora petiolata, ovata; caulina inferiora brevi-petiolata, lanceolata, dentato-ſerrata; ſuperiora anguſtiora, acute ſerrata: floralia integerrima: intermedia longitudine quatuor pollicum, latitudine unius: omnia glabra. Flores panniculati, panniculo pedali. Ramuli florales octo, ſex, quatuorflori. Flores parvi, nutantes. Corollæ campanulatæ, elongatæ, albæ, ſuaveolentes.

Grodnenſis, in ſilva Grandzicze, florens auguſto, perennis; radix dulcis, lacteſcens.

Campanula ſuaveolens var. flore cæruleo.

Differt foliorum ſerratulis inæqualibus, majoribus, ſubvilloſis, racemis floralibus uni & bifloris, pedunculis longioribus, floribus cæruleis, paulo minoribus, panniculo anguſtiori.

Cum præcedenti eodem die florens, perennis: utraque videtur liliifolia Linnæi.

Obſ. Hæc ſpecies promittit obſervatoribus vires medicas & diæteticas; ſed nondum fuit tentata. Comedimus radices: gratum exhibent ſaporem nec nocere poſſunt.

Foliis rigidis, floribus axillaribus pedunculatis.

102. Campanula rigida.

Caulis vix pedalis. Folia radicalia petiolata, cordata, parva, dentata; caulina ovato-lanceolata, dentato-ſerrata; ſuperiora anguſta: omnia dura, ſubhirſuta, cine-

refcentia. Rami floriferi ex axillis inferiorum, aut nulli. Pedunculi uniflori, breves: flores fecundi. Corollæ mediocres.

Grodnenfis, filvatica juxta Niemen, florens junio: videtur rhomboidalis Linnæi.

Foliis & corollis majoribus.

103. Campanula latifolia.

Caulis bi-aut tripedalis, glaber, fimplex. Folia inferiora magna, latiora, ovato-lanceolata, acute ferrata, breviter petiolata, hirfuta; fuperiora anguftiora, lanceolata. Pedunculi axillares, breves, uniflori aut biflori; calyces glabri, fegmentis latis; corollæ ex majoribus, ceruleæ; fructus cernui.

Campanula latifolia L. Grodnenfis, frequens in filvis Grandzicze; florens junio, perennis.

Foliis cordato-lanceolatis.

104. Campanula urticæ folio.

Caulis hirtus, bipedalis. Folia longe petiolata, cordato-lanceolata, hirfuta, dentato-ferrata; pedunculi axillares, pauciflori, plerumque triflori. Calycis fegmenta lata, ciliata; corolla magna, pilofa.

Campanula trachelium L. Grodnenfis, communis in filvis, diu florens a junio ad feptembrem, perennis. Lugdunea.


Campanula urticæ folio, var. Foliis ovato-lanceolatis, profunde dentatis, calycibus vix ciliatis, pedunculis unifloris, bifloris, & quinquefloris.

Campanula urticæ folio, var. Caule erecto, ramofiffimo, foliis ovato-lanceolatis, vix petiolatis; floribus inferioribus racemofis, fuperioribus axillaribus; pedunculis unifloris, bi aut trifloris.

Accedit ad Bononienfem L.

P.69. N.102.

P.71. N.105.





Campanulla pulla. L. var.

Campanula urticæ folio, var. Caule violaceo, vix pilofo; foliis breviter petiolatis, ovato-lanceolatis, maximis, profunde dentatis; pedunculis racemofis, quadrifloris.

Campanula urticæ folio, var. caule ramofo, ramis dichotomis, pedunculis unifloris, floribus fecundis, foliis floralibus longiffimis, calycibus onuftis pilis ramofis, albiffimis, denfis.

Hæ varietates communes in filvis prope Grodnam; forte inter iftas latent nonnullæ veræ fpecies ulteriori examine fcrutandæ.

Foliis linguiformibus.

105. Campanula betonicæ folio.

Caulis rotundus, hirfutus, fimplex, pedalis. Folia rara; quatuor remota, longe petiolata; inferiora linguiformia, bafi fubcordata; fuperiora ovato-lanceolata: omnia crenulata, hirta, cinerefcentia. Flores pauci, duo axillares, terminantes. Calyx hirfutus. Corolla cærulea, mediæ magnitudinis.

Grodnenfis, filvatica, florens augufto.

Caule tenuiffimo.

106. Campanula filiformis.

Caulis fimplex, filiformis, tenuiffimus, debilis, villofus. Folia radicalia, longiffimo petiolo donata, reniformia, crenata, figura & magnitudine hederæ terreftris; caulina petiolata, ovato-lanceolata, crenato-ferrata; floralia lanceolata: omnia fubhirfuta. Pedunculi axillares, uniflori, breviffimi. Calyces vix hirfuti. Corollæ parvæ, cæruleæ: flores erecti.

Campanula filiformis var. uniflora.

In ifta, corolla duplo major, folia radicalia ovata.

Simul florebant octobri Lofofna.

Campanulæ floribus panniculatis.

107. Campanula pyramidalis.

Caulis quatuor & quinquepedalis , ſimplex , rotundus , hirſutus. Folia inferiora magna , petiolata , cordato-ovata , crenata , margine cartilagineo ; intermedia brevi folioſo petiolo donata , ovata , acuminata ; ſuperiora ſeſſilia : omnia ſubhirſuta ; flores racemoſi ; racemi breves , octo , ſexflori , alterni , approximati , erecti , inde paniculus coarctatus fere bipedalis ; calyces glabri ; corollæ campanulaceæ , anguſtæ , mediocres , violaceæ , aut cæruleæ.

Grodnenſis in ſilva Wulmeri , & alibi , florens auguſto. Mihi videtur Mater Pyramidalis Linnæi ; culta in horto amiſit hirſutiem , majoreſque flores exhibuit.

Campanulæ foliis aſperis , floribus glomeratis , ſeſſilibus.

Foliis amplexicaulibus latis.

108. Campanula glomerata L.

Caulis ſimplex , aſper , pedalis. Folia radicalia petiolata , lingulata , obtuſa ; caulina amplexicaulia ; floralia concava ; omnia minute ſerrata , hirſuta , ſicca , aſpera. Flores plurimi , ſeſſiles , axillares : glomerulus terminans major. Corollæ parvæ , villoſæ.

Communis in arvis & paſcuis. Grodnenſis , florens junio , perennis. Lugdunea.

Campanula glomerata var. Nana.


Vix caulis quadriuncialis , rubeſcens : petioli foliis duplo longiores , rubri. Folia cordato-ovata , acuminata , crenata. Corollæ ceruleæ , majores.

Grodnenſis , florens maio in paſcuis.

Campanula glomerata , var. autumnalis.

TRACHELIVM ἀλπικομικροσκιαδῶδες

P. 72. N. 108.



Caulis pedalis. Folia ovato-lanceolata, raris dentibus breviſſimis ornata, baſi in petiolo prolongata. Flores tres, aut quatuor in axillis omnium foliorum amplexicaulium. corollæ ſaturate cæruleæ, violaceæ.

Grodnenſis, florens octobri in ſilvis.

Campanula glomerata, var. Floribus albis.

Campanula glomerata, var. Caule ramoſo.

Campanula glomerata, var. caule biſurcato; foliis amplexicaulibus, ſuboppoſitis: flore uno in axillis foliorum inferiorum.

Campanula glomerata, var. Panniculata.

Caulis ramoſiſſimus; tredecim rami gradatim aſcendentes. Flores nulli in axillis foliorum. Glomeruli multiflori terminant omnes ramos, medio caulino majori.

Florebant in ſilvis ſupra Niemen, julio.

Foliis longis, anguſtioribus.

109. Campanula Echii folio.

Caulis bipedalis, ſimplex, hirſutus. Folia inferiora lanceolata, anguſta, longa ſex pollicum, hiſpida, albeſcentia, crenulata; folia intermedia, ſeſſilia; ſuperiora latiora, concava. Glomeruli florum in axillis duorum foliorum, infra glomerum majorem terminantem. Corollæ minores quam in glomeratis, cæruleæ, pentagonæ.

Campanula cervicaria L. communis in ſilvis, Grodnenſis Loſoſna, florens junio, perennis.

Campanula Echii folio, var. foliis anguſtioribus, integerrimis, caule rubente.

Campanula Echii folio var. glomerulo florum terminali, elongato, corollis albis, marginibus foliorum undulatis, crenulis maximis, remotis.

Campanula Echii folio var. glomerulo florum terminali, complanato, umbellato, maximo; corollis niveis. In

ista flores nulli ex axillis foliorum concavorum, quorum loco folia erumpunt.

Campanula Echii folio, var. multiplicata.

In ista caulis quatuorpedalis. Folia caulina ovato-lanceolata, longa, integra. Foliorum axillæ foliiferæ & floriferæ. Glomeruli florum tam multiplicati ut spicam pedalem exhibeant.

Campanula Echii folio var. Thyrsoidea.

Caulis simplex, pedalis, castaneus, raris pilis hispidus; folia angustiora, tomentosa, vix crenata, numerosiora. Fasciculus florum quatuor pollicum longus, crassissimus, terminat caulem. Numero centum & ultra flores: corollæ saturate cæruleæ.

Crederem filiam Thyrsoideæ Linnæi.

Omnes præcedentes varietates in silvis prope Grodnam observatæ.

Campanaceæ floribus numerosis, in calyce communi contentis.

110. Jasione scabiosæ capitulo.

Caulis ramosus, pedalis, subasperus. Folia linearia, obtusa, villosa. Rami magna parte nudi, capitulo plano, florido, terminati. Calyx communis, decem foliolis dentatis formatus, includit plures flores, brevi pedicello instructos. Calyx proprius minimus. Corollæ exiguæ, cæruleæ; petala quinque, angusta basi cohærentia; antheræ basi coalitæ; capsula infera, bilocularis.

Jasione montana L. communis in arvis, Grodnensis, Lugdunea, diu florens a junio ad augustum, annua. Numerus dentium foliolorum calycis communis, & foliorum ipsorum, diversus in variis speciminibus. Folia modo serrata, modo undulata, obtusa aut acuta. Calycis pro-



Jasione montana. L

RAPUNTIUM ἀνανθάκαρπον P. 75. N. 112.



Phyteuma spicata. L. var. monstrosa

prii dentes quinque aut ſex. Petala etiam ſex video. Sequentes varietates conſtantiores ſunt.

Jaſione ſcabioſæ capitulo, var. nana.

Vix palmaris, caule ſimplici, foliis magis hirſutis. Stamina pleraque libera.

Jaſione ſcabioſa capitulo, var. ramis ſubdiviſis. In iſta caulis bipedalis, ramoſiſſimus, glaberrimus : rami plurimos ramos floriferos producentes. Folia etiam glabra, integerrima ; inferiora ſpatulata. Flores ſaturate cærulei.

Jaſione ſcabioſæ capitulo var. floribus albis. Caules ex radice quinque, ſimplices, quatuor brevioribus curvis, hirſuti, pedales. Folia villoſa, albeſcentia, latiora. Corollæ albæ : foliola calycis communis villoſa, alba.

Conſtans, à quatuor annis obſervata : florens junio in ſilvis juxta Niemen.

111. Jaſione umbellata.

Caulis ſemipedalis, rubeſcens. Folia ſinuata ; calycis communis foliola rubeſcentia, latiora, ovata, ſaltem viginti. Centum ſaltem pedunculi, inæquales, longitudine unius pollicis & dimidii, ex communi calyce orti, formant umbellam concavam. Petala violaceo-nigreſcentia. calyx proprius, coloratus, purpuraſcens.

Grodnenſis prope ſilvam Wulmeri : florens julio. An ſimplex varietas ?

Campanaceæ corollis irregularibus.

Floribus ſpicatis.

112. Rapunculus ſpicatus.

Caulis bipedalis, ſimplex. Folia radicalia longe petiolata, cordata ; Caulina ſeſſilia, anguſta. Flores denſi, ſpicati : ſpica longa, cylindrica ; corolla ante explicationem cornuta ; petala quinque vix baſi coalita, luteſcentia. Capſula infera, bilocularis.

Phyteuma ſpicata L. communis in ſilvis, Grodnenſis, florens julio. Lugdunea.

Rapunculus ſpicatus var. flore albo.

Floribus hemiſphæricis.

113. Rapunculus orbicularis.

Caulis pedalis, ſimplex : flores capitati, terminantes. Folia radicalia cordata, ſed longiora quam in præcedenti, ſerrata : caulina amplexicaulia, acutiora. Spica florum primo hemiſphærica, deinde ovalis ; corollæ ſaturate cyaneæ.

Phyteuma orbicularis L. rara in Lithuania, inventa in ſilva Bobrowſzczyzna : florebat junio ; perennis. Lugdunea, montana.

Campanulis affinis. Corolla hypocrateriformis.

114. Samolus beccabungæ facie.

Caulis cubitalis, erectus, ſuperne ramoſus : ramis floriferis, floribus albis, racemoſis. Folia beccabungæ glaberrima, petiolata, ovata, obtuſa. Calyx campaniformis ; corolla tubo brevi ; ſegmentis quinque planis, ſubemarginatis. Stamina munita quinque ſquamulis corollæ. Fructus mobili hemiſphærio coronatus, inferus, unilocularis, quinquevalvis. Semina numeroſa, placentæ tuberculoſæ adhærentia.

Samolus valerandi L. Grodnenſis in pratis humidis circa ſtagnum Jeziory. Lugdunea.

Obſ. Planta officinalis, œconomica : folia ſubamara laudantur in ſcorbuto, in ulceribus. Vires iſtæ adhuc confirmandæ. Boves, capræ, oves libenter comedunt plantam, etiam aliis mitioribus oblatis.

Phraſis C. Bauhini vero comparativa : ſamolus veronicæ, anagallis faciem exhibet.

ANTHERÆ QUINQUE COALITÆ IN UNO FLORE.
GERMEN INFERUM CUM STILO TRIFIDO IN ALTERO FLORE.

Bacca nigra.

115. Bryonia nigra.

Radix maxima, acris. Caulis decempedalis, tenuis, fulcatus, angulis fubfpinofis, ramofus. Folia afpera, lobata: lobis quinque, acuminatis, dentatis; intermedio majori, bidentato: lateralibus bifidis. Pedunculi multiflori. Cirrhi fpirales, laterales. Calyx campanulatus. Corolla quinquefida, calyci adnata, albo-viridefcens, parva: antheræ quinque, tribus filamentis adhærentes in flore mafculo. Poft florefcentiam feminei, bacca nigra acini magnitudine.

Bryonia alba L. communis in filvis & fepibus, Grodnenfis, florens augufto, perennis. In noftris certe flores mafculi & feminei in eadem planta.

Obf. Vis cathartica nidulatur in foliis & radice; in radice præter principium acre purgans, adeft magna quantitas muci amilacei. Deflicatione, lapfu temporis, & in lotionibus repetitis medicamentofum principium deftruitur: hinc pulpa radicis juxta has circumftantias drafticum, catharticum & minorativum clinicis offerre poteft.

STAMINA OCTO, DECEM: STILI QUATUOR.

Corolla terminali quadrifida.

116. Mofchatelina fumariæ folio.

Caulis fimplex, vix palmaris. Folia glauca, tenera; radi-

calia duo aut tria ; omnia terna : foliola multifida ; lobis rotundatis ; caulina duo aut tria , remota a fructificatione , opposita aut verticillata. Flores minimi , quinque , terminantes caulem. Quatuor cubum formant , impari superimposito. In impari stamina octo , in aliis decem. In quinto corolla quadrifida , in aliis quinquefida ; corollæ virides ; calyx bifolius aut trifolius , inferus : bacca quadri aut quinquelocularis calyci coalita.

Adoxa Moschatelina L. communis , Grodnensis , in umbrosis humidis Losofnæ ; florens aprili , perennis , Lugdunea , montana.

Sequentes inveni varietates : 1. septem & octo flores in capitulo : 2. Stamina undecim & duodecim in floribus lateralibus : 3. foliis radicalibus nullis : 4. caulinis nullis : 5. caulibus quatuor ex una radice. Plura specimina collecta moschi lenem spargunt odorem.

STAMINA DECEM, STILI QUINQUE.

Corollis albis.

117. Oxys alba.

Folia radicalia , petiolata , ternata : foliolis obverse cordatis , sæpe plicatis , nutantibus , grate acidis. Pedunculi radicales , uniflori. Calyx campanulatus , viridi-albescens. Petala quinque , alba , supra ungues coalita , basi unguium libera & lutea. Capsula angulis dehiscens , pentagona.

Oxalis acetosella L. Grodnensis in humidis silvarum lucis. Communis : florens aprili , maio , perennis. Lugdunea , rara.

Obs. Oxys lutea caule ramoso , diffuso , pedunculis umbelliferis , axillaribus , paucifloris ; elapsa ex horto botanico , indigena evasit prope Grodnam ; communis circa Lugdunum : est oxalis corniculata L.

Petala sunt apice unguium unita sed, supra : unde quinque ungues liberi formant quasi coronam trepani; tres squamæ nodum scapi perficiunt. Corolla cito marcescens, ante expansionem convoluta, lateribus petalorum imbricatis, & contorta sicut papyrus pro lampade nocturno. Etiamsi de die aperta, sic clauditur vesperi, ne antheræ humectentur. Plerumque castrata invenio stamina, quinque breviora. Stili staminibus longiores. Antheræ & stigmata alba. Germen elongatum ; lente examinatum monstrat figuram capsulæ futuræ, quæ quinque valvis, elastica, irritata, plurima longe semina minuta projiciens aperitur. Quando folia expanduntur cælo pluvioso, si acuto stilo irritentur, tunc spasmodice moventur sese contrahendo. Phænomenon sat simile motui mimosæ pudicæ : hic motus fortior erit, si petioli foliorum prope ad apicem vellicentur.

Planta officinalis, in præscriptionibus acetosella dicta. Sapor foliorum gratior succo citronum & mitior; salem acidum essentialem cremori tartari analogum magna copia exhibent. Parantur conservæ, syrupi in febribus putridis & malignis; observatione repetita fauto successu præscripsi. Scorbutici solatium inveniunt masticando folia, præsertim quando gingivæ & fauces dolent, sicut sæpius observavimus in Lithuania, nullo adhuc apparente alio signo mali. In febre ardenti Grodnensi veris initio frequenti, nulla tutior reperitur medicina. Quis igitur Providentiam non adoraret, quæ cuique populo copiose nullo pretio emenda larga manu quolibet anno, quando regnant morbi, appropriata remedia concedit. Felices Lithuani, sua si norint bona!

STAMINA NUMEROSA, FILAMENTIS COALITA, STILUM VAGINANTIA.

Malvaceæ.

Paucæ sunt vere indigenæ in Lithuania. Plurimæ exoticæ sub dio coluntur in omnibus hortis. Corolla tam profunde divisa, ut pentepetala videatur, sed cum segmenta inferne tali modo coalescunt, ut corolla integra decidat, rigorose dici potest unipetala; petalorum ungues inflexi vaginam formant columnarem, quæ superius producit stamina libera. Fructus in nostris multilocularis: cæterum non tantum conveniunt fructificatione, sed in plerisque folia, habitus exhibent attributa communia; omnes sunt nutritivæ, emollientes.

Caule procumbente.

118. Malva prostrata L.

Caulis cubitalis, ramosus, prostratus. Folia reniformia, fere orbiculata: quinque lobis vix notatis. Pedunculi uniflori. Corollæ parvæ, albæ, rubellis venis pictæ. Calyx duplex: exterior trifolius; interior campanulatus, quinquefidus. Capsulæ reniformes, a 12 ad 14, orbiculum formantes in disco compressum.

Malva rotundifolia L. Grodnensis, Lugdunea, communis juxta vias; florens julio, perennis. Variat floribus cæruleis & albis, foliis septem lobis. Passim video nanam vix palmarem foliis rotundis, diametri quatuor linearum.

Caule erecto.

119. Malva erecta.

Caulis erectus, tripedalis. Folia quinquelobata, magna: lobis triangularibus, acutis. Pedunculi plurimi, axillares, uniflori: flores congesti; calyces villosi. Corolla albo-purpurea:

purpurea : segmentis oblique incisis, adrasis. Capsulæ decem ad quindecim.

Malva silvestris L. communis juxta vias, Grodnensis, Lugdunea, perennis : florens junio. Invenio passim foliola quatuor calycis externi, pedunculos multifloros, folia sæpe septemloba, corollas cæruleas, & albas.

Obs. Caulis hirsutus; ex alis foliorum plurimi inæquales. Pedunculi breves. Corollæ passim albæ & saturate cæruleæ. Folia magna, scabra, dentato-serrata : sæpius invenio lobos rotundatos, raro elongatos, triangulares. In meis speciminibus frequenter externi calycis video quatuor foliola. Non raro præter pedunculos breves, unifloros, in eodem specimine pedunculi multiflori oriuntur. Folia lente visa apparent hirsuta, præsertim marginibus.

Planta officinalis, œconomica.

Primo vere radices decoctione magnam quantitatem muci glutinosi, insipidi, suppeditant. Autumni tempore exsuccæ, lignosiores fiunt. Folia succulenta, fatua, majorem quantitatem glutinis præbent quam præcedentis. Succedanea est pro omnibus indicationibus adimplendis malvæ rotundifoliæ.

Foliis crispis.

120. Malva breviflora.

Habitus præcedentis : folia septemloba, majora : lobis crispis, crenatis, triangularibus. Flores axillares, aggregati, plurimi, fere sessiles; alii longe pedunculati : pedunculi & calyces hirsuti. Calyx exterior trifolius, interior magnus. Corolla parva, vix calyce longior, albescens. Fructus magnus; capsulis irregularibus, angulosis.

Communis in arvis cultis, circa Grodnam : florens augusto. Crederem simplicem varietatem malvæ erectæ : sic enim in prostrata sæpe inveni corollas calyce breviores. Est malva crispa Linnæi; videtur advena.

Foliis palmatis.

121. Alcea palmata.

Caulis erectus, quatuorpedalis. Folia fcabra, fere digitata, trilobata: lobis lateralibus bipartitis; intermedio tripartito: quoque lobo dentato. Flores fubumbellati terminantes. Corollæ magnæ, emarginatæ, acute incifæ, carneæ: capfulæ nigræ.

Malva alcea L. communis in filvis, Grodnenfis, Lugdunea, florens julio, perennis. Variat foliis fuperioribus vere digitatis, foliolo intermedio palmato, quinquelobo, in aliis foliola palmata, foliolis fere integris, foliolorum dentes varii quoad numerum & magnitudinem. Sæpe video pedunculos unifloros, axillares; plerumque calyx exterior quadrifolius, paffim corolla fex petala exhibet laciniata.

Foliis multipartitis.

122. Alcea pinnatifida.

Habitus præcedentis: folia afperiora, inferiora ambitu rotundato, quinquelobata, lobis brevibus: caulina trilobata, lateralibus lobis bipartitis, minute divifis feu pinnatis. Corollæ carneæ, fuave olentes. Capfulæ hifpidæ.

Malva mofchata L. Grodnenfis in filvis, frequens: florens julio, annua. Lugdunea.

FINIS PRIMÆ COLLECTIONIS.

SERIEI PRIMÆ,

SEU

FLORUM UNIPETALORUM
COLLECTIO II.

Flores simplices. Corollæ Unipetalæ, involutæ, figuratæ, difformes.

Stamina duo, aut quatuor, inæqualia, Stilus unus.

FASCICULUS PRIMUS.

GERMINA QUATUOR, NUDA.

Didynamiæ gymnospermæ Linnæi, verticillatæ Boerhaavii, labiatæ Tournefortii.

PRÆTER Lycopum, omnes nostræ exhibent quatuor stamina, quorum duo longiora. In omnibus calyx unifolius, semina quatuor nuda in fundo fovens. Corollæ unipetalæ, ex cylindrico tubo difformiter terminatæ; pars superior limbi dicitur galea; laterales alæ; inferior barba; stilus bifurcatus. Folia opposita. Caulis sæpe quadratus. Flores circa caulem plerumque ad nodos verticillatim dispositi. Plurimæ aromaticæ, oleosæ; aliquæ fœtidæ: paucæ inertes.

COROLLÆ PARUM DIFFORMES, STAMINA DUO.

1. Lycopus alborofeus.

Caulis ramofus, bipedalis: ramis foliofis, & floriferis. Folia inferiora laciniata, finuata; intermedia finuata; fuperiora dentata: dentibus magnis, acumine terminatis. Florum verticilli denfiffimi, numerofi, axillares; calycis dentes quinque, longi, ariftati, hirfuti: uno longiore; Corolla parva, alba, laciniis fubæqualibus; galea emarginata, latiore; barba trifida; fegmentis rotundis, pulchre maculis rubris picta; tubus brevis: ftamina corolla longiora: Semina retufa.

Lycopus Europeus L. Florens julio in aquofis, Grodnenfis; juxta Niemen communis, perennis, Lugdunea.

Obf. Hæc fpecies fingulariter foliatione variabilis: modo folia bafi pinnata, reliqua parte laciniata; modo integra, vix dentata; modo finuata; plerumque feffilia; paffim fubpetiolata, hirfuta funt aut fere glabra. Noftra plerumque exhibet folia marginibus breviter hirfuta.

Planta tinctoria; colorem præbet nigrum, præfertim pro pannis tingendis. Telæ fucco Lycopi infectæ maculas pertinaciter retinent.

STAMINA QUATUOR.

MENTHÆ LINNÆI.

Corollæ fubæquales, quadrifidæ; lacinia latiore, emarginata. Filamenta diftantia, recta. Flores parvi, denfe congefti.

Floribus fpicatis.

2. Mentha fpicata.

Caulis bipedalis, erectus, ramofus. Folia oblongo-lanceolata, ferrata, feffilia, fubtus tomentofa. Flores fpicati: fpicis cylindricis; ftamina corolla duplo longiora; Corollæ fubcæruleæ, fæpe fegmentis intus violaceis.

Mentha ſilveſtris L. Florens in aquoſis prope Grodnam, auguſto ;perennis : paſſim invenitur flore albo. Lugdunea.

Floribus capitatis.

3. Mentha capitata.

Caulis cubitalis, erectus, ramoſus. Folia ovata, ſerrata, petiolata, ſubtus nervoſa, lanuginoſa, obſcura, ſuperne plerumque glabra. Verticilli in ſummitate ramorum pauci, terminante maximo globoſo. Corolla dilute purpurea ; ſtamina corolla longiora.

Mentha aquatica L. communis in aquoſis prope Grodnam, Loſoſna, & alibi. Florens auguſto, perennis. Lugdunea. Sæpe in axillis inferioribus flores racemoſi, pedicellis diſtinctis.

Variat caule ſimplici & ramoſiſſimo : caule & foliis coloratis, rubeſcentibus.

Floribus verticillatis.

4. Mentha verticillata.

Caulis pedalis, procumbens, ramoſiſſimus, hirſutus. Folia ovato-lanceolata, hirſuta, dentata, ſerrata. Verticilli foliis breviores, denſi, hirſuti. Corollæ ſubcæruleæ : ſtamina in flore latentia.

Mentha arvenſis L. communis in arvis prope Grodnam ; florens auguſto, perennis, Lugdunea.

Obſ. Menthæ aromaticæ, amaricantes : utiles invenimus in ſuppreſſione menſtruorum, in chloroſi, in colicis a flatu, in affectione hyſterica. Adjuvans utile in omnibus morbis cum debilitate, cachexia, paralyſi, &c. avide has herbas comedunt pecora, præſertim oves. Pulvis aut infuſio præſcribuntur.

COROLLA BREVI.

5. Trixago punctata.

Caulis debilis, vix pedalis, ramoſus, hirſutus. Folia cor-

data, obtusa, crenata, vix hirta. Verticilli sexflori: calyces hirti, sessiles; segmentis fere æqualibus, mucronatis; corolla carnea, vix labiata, calyce vix longior; galea integerrima; barba trifida; intermedio segmento latiore, integerrimo, purpurascente, punctato.

Stachys arvensis L. sat frequens prope Grodnam; Lugdunea, montana.

STAMINA QUATUOR.

COROLLÆ BILABIATÆ, GALEA EMARGINATA, AUT BIFIDA.

Spicis bracteatis.

6. Origanum purpurascens.

Caulis ramosus, bipedalis, teres, rubescens, villosus. Folia integerrima, villosa, ovata. Spicæ subrotundæ, panniculatæ, conglomeratæ: intermixtis bracteis rubescentibus, ovatis, calycibus longioribus. Corollæ carneæ, tubus brevis, galea erecta, barba trifida: segmento intermedio integro, angusto, paulo longiore; omnibus subrotundis. Faux calycis villis clausa; stamina corolla longiora.


Origanum vulgare L. variat flore albo, spicis subrotundis aut quadratis. Florens julio, communis in omnibus silvis prope Grodnam, perennis, Lugdunea. Aromatica, acris.

Obs. Herba lanas colore purpurascente induit; theæ succedaneum; ut citius inebriet additur cerevisiæ; in dolium suspenditur, ne facile acescat.

Planta amaricans, subacris, aromatica. Utilis in tussi catharrali, asthmate pituitoso, in chlorosi chronica cum tono debilitato, œdematia; sublevat phthisicos expectorationem adjuvando; cataplasma foliorum in rheumatismo chronico utilissimum adjuvans; sudores copiosos elicit.

P,.87.N.8.


TRAGORIGANVN ὀρειμιῤῥέπτες



Thymus acinos. L.

P. 87. N. 7.

Thymus SERPILLVM *L.* μικροορεανθολοδικορρεπες



Calycibus villis clausis.

7. Thymus repens.

Caules procumbentes, ramosi, sublignosi, vix palmares. Folia petiolata, ovata, obtusa, integra, basi ciliata. Pedunculi uniflori. Verticilli approximati, capitati, terminantes. Corollæ rubræ, galea subconvexa, integra aut emarginata; barba vix brevior galea, trifida: omnibus segmentis integris, subæqualibus. Stamina corolla paulo longiora. Faux calycis bilabiati villis clausa.

Thymus serpyllum L. communis in pascuis & juxta vias prope Grodnam: florens maio, perennis. Lugdunea.

Sequentes inveniuntur varietates in arvis Grodnensibus: 1. Thymus major, caulibus pedalibus, foliis majoribus, ramis erectis: 2. Thymus minor, corollis albis: 3. Thymus minor, corollis carneis: 4. Thymus foliis rubescentibus. Non semper folia sunt basi ciliata.

Obs. Aromatica, subacida, oleosa, acris; laudatur in morbis nervorum, in spasmis, in anorexia a crapula, sicut anodyna in scorbuto, colica, paralysi, chlorosi, singultu.

8. Acinos clinopodii facie.

Caules vix ramosi, rigidi, palmares & pedales, erecti, aut basi procumbentes. Folia brevi-petiolata, ovato-acuminata, denticulata, serratulis raris, sæpe vix apparentibus. Foliola minora axillaria. Verticilli sex, septem, octoflori, ab imo ad summum dispersi. Pedunculi uniflori; calyx ventricosus, bilabiatus, hirsutus, striatus: labio uno bidentato, altero trifido, dente intermedio latiore; corolla parva, cærulea: labium inferius maculis albis pictum, segmento intermedio emarginato, latiore.

Thymus Acinos L. communis in arvis, prope Grodnam. Florens junio. Lugdunea.

Bracteis setaceis.

9. Clinopodium origani facie.

Caulis bipedalis, erectus, villosus. Folia ovato-elongata, raris dentibus serrata, villosa, albescentia. Verticilli globosi, multiflori usque ad quadraginta, hirsuti; extremo caulem terminante: setæ ad originem cujusque pedunculi multiflori. Calyx bilabiatus, hirsutus, dentibus duobus longioribus. Tubus corollæ rubræ longus; faux villis albis ornata; galea brevis, fornicata; emarginata; barba trifida, segmento intermedio, emarginato.

Florens a julio ad augustum. Communis in silvis, prope Grodnam, perennis. Aromatica: est clinopodium vulgare Linnæi. Lugdunea.

COROLLA MAXIMA.

10. Melittis melissæ folio.

Caulis pedalis, erectus, raro ramosus: ramis foliaceis ex axillis foliorum inferiorum. Folia magna, ovato-rotunda, crenata: crenulis villosis; superiora ovato-acuminata; omnia basi integerrima. Flores pedunculati, quatuor, quinque aut sex, ex axillis foliorum intermediorum uno versu subnutantes: parte supera caulis, foliis tantum ornata; calyx campanulatus amplus, bilabiatus; tubus corollæ amplus; galea plana, profunde emarginata; alæ undulatæ, dissectæ; barba ampla, cordata; lateribus dissectis, undulatis. Cæterum corolla ex maximis labio superiore, & tubo carnei coloris, barba rubro-liliacea, Antheræ cruciatæ.

Melittis melissophyllum L. communis in omnibus silvis, prope Grodnam. Florens maio, perennis. Odor levis, non ingratus. Lugdunea.

Antheris cruciatis.

11. Glechoma repens, var. Major.

Caulis ſterilis, procumbens, per intervalla radiculas emittens; floridus, erectus, ſimplex, pedalis. Folia longè, petiolata, reniformia, crenata, rugoſa. Verticilli ex quatuor aut octo floribus brevi-pedunculatis. Corolla galea revoluta, bifida: barba tripartita, ſegmento intermedio lato, emarginato. Stamina brevia in tubo corollæ latentia: antherarum ſingulum par in formam crucis connivens.

Glechoma hederacea L. florens aprili, communis in ſilvis, prope Grodnam, perennis. Lugdunea.

Glechoma repens, var. minor. Frequentius prope Grodnam. Vix palmaris, minus reptans; folia colorata, minora. Lugdunea.

Obſ. Amaricans, ſubacris, vix aromatica. Infuſio non contemnenda in curatione ulcerum, etiam ſchophuloſorum; in phthiſi lenit anxietates, ſputa promovet; ſolamen, hyſtericarum hypochondriacarum. Utilem ſæpe vidimus in colica ſpaſmodica a flatu. Faſciculus herbæ dolio immittitur ad depurandam ſeu clarificandam cerevifiam. Hæc planta herbas proximas lente expellit, pratumque enervat.

Barba crenata.

12. Cataria tomentoſa.

Caulis erectus, ramoſus, bipedalis. Folia petiolata, cordata, acuminata, acute ſerrata, incana, tomentoſa, amara, aromatica. Rami axillares, parvis foliis inferius veſtiti, verticillis florum ſpicatis terminati. Stipulæ anguſtæ, ſetaceæ. Flores pedunculati: corollæ ſubcarnei coloris; galea erecta, cordata; barba maculis rubris notata, crenata; faux margine reflexo; ſtamina approximata.

Nepeta cataria L. communis prope Grodnam, florens julio, perennis. Lugdunea.

Obs. Odor herbæ penetrans; folia amara. Pulvis jure laudatur, in chlorosi, hysteria, anorexia utilissimus. Feles super hanc plantam cum furore se volutant, emittuntque sæpe sæpius urinam. Infusio utilissima in ulceribus: cito putredinem arcet.

Tubo corollæ inflato.

13. Dracocephalum angustifolium.

Caulis pedalis & cubitalis. Folia subsessilia, angusta, lanceolata, nervosa, integerrima, contracta. Rami foliosi, axillares: foliis linearibus. Spica cumpacta terminans caulem. Corollæ saturato-cæruleæ, unciales, tubo albo, supra tubum inflatæ; galea fornicata, emarginata; barba punctis nigrescentibus maculata, emarginata, crenata; alæ ovatæ; bracteæ ovato-lanceolatæ.

Dracocephalum ruischiana L. communis prope Grodnam, in omnibus silvis juxta Niemen, florens junio, perennis. Delphinalis.

Dracocephalum angustifolium var. foliis linearibus.

Caulis semipedalis saturate violaceus, tenuior. Folia breviora; caulina vix unius lineæ lata, minora, seu ramorum axillarium setacea. Spica terminalis; calyces saturate violacei, & bracteæ similis coloris; corollæ paulo minores, violaceæ.

Etiam communis in marginibus silvarum, florens junio, perennis. In plurimis speciminibus spica non est compacta, sed verticilli inferiores ab aliis quatuor linearum remoti.

14. Moldavica suaveolens.

Caulis pedalis, a basi ramosus. Folia petiolata, ovato-lanceolata, seu lingulata, serrata: serratulis magnis.



Stachys palustris. L.

Bracteæ quatuor sub quoque verticillo, lanceolatæ, serratæ: serratulæ longæ, pilis spinosis terminatæ; verticilli axillares, remoti, sexflori. Flores pedunculati; calyces bilabiati; corollæ tubus angustus, vix calyce longior, infra labia inflatus; galea fornicata, emarginata; alæ breves; barba pendula, emarginata, lateribus incisis: corolla alba, extus subvillosa.

Obs. Præter bracteas, sunt folia floralia caulinis similia; sed tres, aut quatuor serraturæ observantur, sicut in bracteis, seta spinosa armatæ.

Florens augusto, prope Grodnam juxta Niemen, in marginibus silvarum. Est Dracocephalum moldavica Linnæi.

Nota. Odor suavissimus, æthereus. Infusio herbæ in anorexia, hipochondriasi, colicis a flatu nunquam sat laudanda.

Staminibus ad latera inflexis.

15. Stachys cordato folio.

Caulis ramosus, hirsutus, bipedalis. Folia magna, longe-petiolata, mollia, cordata, acuminata, serrata. Verticilli sex-& octoflori, spicati. Tubus corollæ ventricosus; galea pubescens, fornicata, saturate purpurea; barba purpurea, lineis albis variegata, magna, emarginata; alæ reflexæ; stamina deflorata, versus latera deflexa.

Stachys silvatica L. communis in silvis prope Grodnam, juxta Niemen; florens junio. Lugdunea.

16. Stachys angustifolia.

Caulis bipedalis. Folia breviter petiolata, villosa, angusta, lanceolata, serrata: dentibus rotundis. Verticilli sexflori, sæpius duodecimflori; inferiores duo remoti: reliqui approximati, spicati. Bracteæ ovato-lanceolatæ, breves. Corollæ violaceæ, plurimis maculis albicantibus semicircularibus variegatæ: fornix villosa.

Stachys paluſtris L. communis in aquoſis, prope Grodnam juxta Niemen, Loſoſna, & alibi, florens julio; perennis. Lugdunea.

Planta amara, fœtida, vulneraria. Radices medulla non ingrata plenas ſues, effodiendo terram, ſedulo quærunt & avide devorant.

Obſ. Stachys hirſuta. Ex radice craſſa, ſublignoſa, plurimi caules ſimplices, erecti, longitudine duodecim pollicum, hirſuti. Folia lanceolato-ovata, crenata, hirſuta, nervoſa; inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia. Verticilli multiflori a decem ad duodecimflores. Bracteæ lanceolatæ, hirſutæ, hiſpidæ. Calyces quinquefidi: ſegmentis acutis, hiſpidis; corollæ labium ſuperius fornicatum, emarginatum, ſubvilloſum baſi, juxta linea purpureo-violacea tinctum: cæterum, corolla luteo-albeſcens: labium inferius trifidum, alis breviſſimis, ſegmento intermedio fiſſo, cordato, guttis ſanguineis minimis ad fauces & inter alas maculatum; ſtaminum filamenta maculis violaceis tincta; antheræ ſtilo irritatæ projiciunt magnam quantitatem pollinis. Odor florum ſuavis. Florebat 15 junii. Communis in arvis, prope Grodnam. An betonica Halleri hiſt. n. 262?


Foliis trinerviis.

17. Sideritis trinervia.

Caulis erectus, ramoſus, pedalis. Folia inferiora longe petiolata, ovata, crenata: caulina ovato-lanceolata, trinervia, lævia: omnia glabra. Verticilli quinque-aut ſexflori. Bracteæ obtuſæ. Calyx bilabiatus; corollæ galea luteſcens, erecta, undulata, bifida; barba in ortu maculata, pallide ſulphurea; medio ſegmento amplo, ſerrato, bifido.

Stachys annua L. Grodnenſis, florens ſeptembri: Lipsk. Lugdunea.

Galeopsis LADANVM ALPINVM λαδκανθολήιον
.L. P. 93, N. 20.



Fauce maculata.

18. Sideritis maculata.

Caulis cubitalis, basi decumbens. Folia crenata, ovato-cordata, hirsuta. Verticilli subspicati: bracteæ ovato-lanceolatæ, aristatæ, integerrimæ. Calyx campanulatus, bilabiatus; corolla pallide sulphurea: galea subrecta, angustata, plicata, incisa, trifida, villosa; faux striis maculata; alæ lanceolatæ, barba non serrata.

Stachys recta L. frequens in arvis, Grodnensis. Flores aromatici. Florens julio. Lugdunea.

Spica densa, brevi, terminali.

19. Betonica purpurea.

Caulis cubitalis, erectus, simplex; sub spica, maxima parte nudus. Folia petiolata; ima cordata; superiora ovata; crenata; suprema sessilia. Flores spicati, spica interrupta. Verticilli densi. Bracteæ ovato-lanceolatæ, floribus breviores. Calyx aristatus, tubo cylindrico: galea corollæ ascendens, planiuscula; barba emarginata: corollæ purpureæ, tubis villosis.

Betonica officinalis L. communis in silvis prope Grodnam, florens julio, perennis. Radix acris, amara. Herba leniter aromatica. Lugdunea.

Fauce corollæ dentata.

Internodiis caulis æqualibus.

20. Ladanum purpureum.

Caulis pedalis, ramosus. Folia hirsuta, angusta, longa, rariter serrata. Verticilli densi: omnes remoti; internodii caulis æquales. Calyx campaniformis: segmentis inæqualibus, aristatis: corolla purpurea, fauce biden-

tata : tubo longo : galeæ fornix villosa, serrata, tridentata; barba ampla; segmentis serratis, lateralibus quadratis, medio emarginato, venis albis & purpureis picto.

Communis in arvis, prope Grodnam, florens junio. Annua.

21. Ladanum luteum.

Facies præcedentis; differt foliis latioribus, mollioribus, sericeis; verticillis propius confertis, calycibus magis hirsutis; corollis ocroleucis; faucibus flavis.

Est ladanum segetum flore latiori Rivini, tab. 24.

Etiam frequens in arvis prope Grodnam, florens junio. Utraque galeopsis Ladanum L. Lugduneæ.

Ramis tumidis.

22. Tetrahit purpurascens.

Caulis ramosus, erectus, bipedalis : rami sub verticillis foliis tumidi. Folia petiolata, dura, ovato-lanceolata, serrata. Verticilli densi & sessiles : summi subcontigui; aristæ calycis longiores; corolla calyce duplo longior : fauce bidentata : galea purpurea; faux luteo-purpurea; alæ & segmentum intermedium coloris rubri.

Galeopsis tetrahit L. communis in silvis, prope Grodnam. Florens junio. Lugdunea.

Flore luteo purpureo.


23. Tetrahit grandiflorum.

Caulis tripedalis, folia præcedentis. Calyx brevior, magis campanulatus. Flos calyce quadruplo major, saltem uncialis, colore luteo; medio segmento labii inferioris purpureo.

Communis prope Grodnam, in arvis cultis, florens junio; est galeopsis 269. Halleri hist.

LAMIVM ὀρεομηλινοπετρόῤῥεπές

C. M. P. 95. N. 24.



Flore luteo.

24. Galeobdolon luteum.

Caulis pedalis, debilis. Folia cordata, ovata, petiolata, pilis breviſſimis aſpera, ſæpe ſubtus maculis ferrugineis tincta; inferiora obtuſa; ſuperiora acumine elongato. Flores verticillati: quatuor, ſex aut plures in verticillo. Involucrum ex quatuor foliolis ſetaceis. Corolla lutea, fauce non dentata, lineis ſaturatioris coloris variegata: galea villoſa, ſicut in cardiaca. Tria ſegmenta barbæ acuminata, intermedio longiore.

Galeopſis galeobdolon L. florens maio in ſilvis prope Grodnam, communis, perennis. Lugdunea.

Antheris granuloſis.

Foliis trilobatis.

25. Cardiaca trilobata.

Caulis tripedalis, ramoſiſſimus; ramis longis, erectis. Folia petiolata, rugoſa, tripartita; lobis exterioribus majoribus, ſemibifidis, dentatis: medio lobo minori, ſemitrifido. Verticilli denſi, ſeſſiles in ramis ſuperioribus. Corolla pallide purpurea; galea cava, villoſa; barba trifida, alba, vel flaveſcens, maculis purpureis tincta: Segmento intermedio longiore, anguſto. Antheræ glandulis nitidis aſperſæ.

Leonurus cardiaca L. in hortis & ruderibus, communis prope Grodnam, florens julio, perennis. Lugdunea.

Obſ. Sapor & odor vix promittunt vires medicas: fruſtra tentavimus infuſionem cardiacæ in hypochondriaſi, hyſteria.

Foliis quinquelobis.

26. Cardiaca quinquelobata.

Caulis bipedalis, & brevior, hirſutus, craſſus, ramoſus.

Folia petiolata; inferiora & caulina subpeltata, in quinque lobis profunde incisa, rotunda, quoque lobo iterum inciso & dentato, superne viridi-nigrescentia, inferne albescentia, villo brevissimo. Folia floralia triloba, cuneiformia, lanceolata; lobis dentatis. Flores verticillati, sessiles, dense congesti, parvi: calyces hirsuti; corollæ carneæ, villosæ; galea fornicata; barba lineis purpureis tincta; antheræ magnæ, antice luteæ, tuberculosæ, postice punctis nitidis perlucidis aspersæ.

Florens julio, communis inter rudera Grodnæ; militat inter leonurum tartaricum & marubiastrum L.

Foliis glabris.

27. Cardiaca glabra.

Caulis quatuorpedalis, angulis rotundatis, glaber, læte viridis. Folia læte viridia, subglabra, seu vix hirsuta, petiolata: petiolis alatis, foliosis, trilobata, læte viridia: lobis longissimis lanceolatis, intermedio bidentato; lateralibus integerrimis, falcatis. Calyces glabri. Corollæ carneæ, villosæ, brevioribus pilis: barba saturate purpurea.

Inter rudera prope Grodnam, florens octobri. Mihi videtur nova species; ulterius illustranda.

Inter Sibericas quas mihi misit clariss. Patrin, simile specimen invenio.

Fauce margine dentata.

Corollæ labium superius, integrum, fornicatum; labium inferius bilobum; faux utrinque margine dentata. *Lamia Linnæi.*

Flore albo.

28. Lamium album L.

Caulis pedalis, hirsutus. Folia petiolata, cordata, oblonga, acuminata, serrata, hirsuta. Flores verticillati, duodecim ad

ad viginti ; corolla alba ; fauce macula ſublutea , viridi , notata ; fornix villoſa.

Florens maio in arvis cultis, prope Grodnam : annua. Lugdunea.

Obſ. Herba ſubfœtida : flores fatui , vix aſtringentes ; attamen horum infuſio non inutilis in chloroſi ; clinici ſæpe præſcribunt contra fluorem album ; nos ſæpe in tali caſu ſuaſimus nullo moderamine fluxus obſervato , ſuſpicamur hanc proprietatem turpem ſequelam doctrinæ ſignaturarum.

Flore rubro fœtens.

29. Lamium fœtidum.

Caulis palmaris , majori parte nudus. Folia cordata , obtuſa ; petiolata , cum floribus ſummitatem caulis veſtientia. Corolla purpurea ; fauce & barba maculatis : labii inferioris ſegmentum intermedium cordatum , reflexum : alæ acute dentatæ.

Lamium purpureum L. primo vere florens , ſæpe martio. Communis in arvis cultis , prope Grodnam. Annua. Lugdunea.

Foliis amplexicaulibus.

30. Lamium amplexicaule L.

Caulis vix erectus. Folia inferiora petiolata , ſubrotunda , crenata , parva ; ſuperiora latiora , ſeſſilia , amplexicaulia , obtuſa , crenata. Flores ſeſſiles , decem aut duodecim in quoque verticillo : corollæ tubus longus , gracilis , vix ſub fauce tumeſcens ; fornix villoſa ; ſegmentum labii inferioris intermedium bifidum , maculis purpureis & albis pictum.

Communis prope Grodnam , in arvis , florens aprili : annua. Lugdunea.

Calice decem - ſtriato.

Foliis tomentoſis.

31. Marrubium album.

Caules ex una radice plurimi, cubitales, erecti, cinerei, villoſi. Folia rugoſa, cinerea, villoſa, inæqualiter ſerrata, ovata. Verticilli denſiſſimi, ſeſſiles, lanuginoſi, remoti. Calyx villoſus, decemſtriatus; dentibus quinque majoribus, quinque brevioribus, recurvis. Corollæ parvæ, albæ; labium ſuperius erectum, bifidum, lineare: barba emarginata, ſerrata.

Marrubium vulgare L. communis inter rudera urbis Grodnæ, & alibi, diu florens uſque ad finem auguſti a prima junii. Herba aromatica, oleoſa, amara. Lugdunea.

Obſ. Herba graveolens, amariuſcula. Infuſio præſtans in curatione aſthmatis humoralis, leucorrhœæ, tuſſis catarrhalis; in phthiſi ſuſtinet vires ſputaque elicit. Certis experimentis ſalivationis peſſimos effectus tollit, huncque fluxum à mercurio excitatum minuit.

Foliis ſubglabris.

32. Ballota nigra L.

Caulis erectus, ramoſus, tripedalis, hirſutus. Folia longe petiolata, cordata, ovata, ſubvilloſa, dentata, nigreſcentia, dentibus latis ſpina breviſſima terminatis. Rami oppoſiti, axillares, folioſi, & floriferi longitudine foliorum. Verticilli approximati, ultimo terminante; corollæ albo-rubeſcentes: fornix villoſa, crenata; alæ integræ, anguſtæ, obtuſæ; barba plicata, cordata, ſegmentis emarginatis, venis albis picta: dentes quinque calycis decemſtriati, ſubſpinoſi.

Florens julio, communis prope Grodnam inter rudera, perennis. Lugdunea.

Obſ. Herba ſubfœtida; in hyſterica affectione non inutile adjuvans.

Filamenta bifurcata.

Floribus parvis.

33. Prunella parviflora.

Caulis ſemipedalis, ramoſus. Folia petiolata, ovato-lanceolata, obtuſa, dentata, dentibus paucis, remota. Rami axillares, folioſi, curvi, raro ſpica florente ornati. Flores ſpicati : ſpica foliis ſubjectis breviore ; verticilli ſexflori, ſeſſiles ; bracteæ duæ ſub quoque verticillo, ovatæ, acuminatæ, nervoſæ, ciliatæ, apice recurvo. Calyces hirſuti, nigro-rubri, labiati : galea corollæ cæruleo-violacea, fornicata, fornice extus inverſa ; barba trifida, ſegmento intermedio cochleatim excavato, crenato. Filamenta biſulca : altero apice antherifero.

Prunella vulgaris L. communis prope Grodnam in ſilvis & paſcuis : florens a junio ad auguſtum, perennis. Lugdunea. Sequentes invenimus varietates.

1°. Prunella minor. Caulis vix triuncialis, ſimplex. Folia inferiora obtuſa, linguiformia, nullo modo dentata ; caulina duo paria, lanceolata, integerrima, hirſuta. Spica florum foliis ſubjectis longior, multiflora : corollæ ſaturato-cæruleæ.

Florens auguſto prope Grodnam, in ſilva Wulmeri.

2°. Prunella foliis intermediis laciniatis.

3°. Prunella caule & foliis hirſutis.

4°. Prunella flore rubro.

5°. prunella flore albo.

Sat frequentes præter ultimam in ſilvis, prope Grodnam.

Obſ. Herba ſubaſtringens. Illius decoctum in angina catarrhali, ſub forma gargariſmatis, non contemnendum auxilium ; vis vulneraria vana : quæ vulnera hac herba applicata fuerunt ſanata, vi naturæ cicatricem obtinuerunt.

Floribus magnis.

34. Prunella grandiflora L.

Caulis pedalis, & ultra, fimplex aut ramofus, ftriatus; brevibus pilis hirfutus. Folia lanceolata, integerrima, raro uno aut altero dente ferrata, longe acuminata; non funt folia fpicæ florali fubjecta, fed conftanter duorum pollicum remota. Cæterum corolla triplo major, cærulea, tubo albefcente. Labium fuperius calycis dentes exhibet longiores quam in præcedenti. Segmentum intermedium labii inferioris corollæ ferratum : ferratulis inæqualibus.

Communis prope Grodnam in omnibus filvis. Florens a julio ad feptembrem : perennis. Variat fæpe flore albefcente aut rubefcente. Lugdunea.

Calyce galeæformi.

Foliis lanceolatis.

35. Caffida major.

Caulis bipedalis, ramofus, angulis eminentibus. Folia brevipetiolata, cordato-lanceolata, crenata. Flores bini, uno verfu difpofiti : unus ex quaque axilla, brevi-pedunculatus : calyx bilabiatus, quoque labio integro; fupra tubum fquama eminens : tubus corollæ, in origine curvus, deinde erectus, longus; galea fornicata, trifida, brevior, fegmentis æqualibus : alæ duæ, barba lata emarginata : corollæ fornix cærulea, barba alba; Faux maculofa : calyx poft cafum corollæ claufus figuram caffidæ exhibens.

Communis prope Grodnam, in aquofis, Lofofna, & alibi. Diu Florens a junio ad auguftum, perennis. Amara, allium fubredolens. Eft fcutellaria galericulata L. Lugdunea.

Obſ. Herba amaricans, cujus infuſio certe utilis in febribus intermittentibus vernalibus & in ulceribus putridis. Centies in talibus teterrimum odorem, applicata pulpa foliorum caſſidæ, diſſipatum uno aut altero die vidimus.

Foliis haſtatis.

36. Caſſida haſtifolia.

Radix repens, tenuis. Caulis plerumque ſimpliciſſimus, raro unum aut alterum ramum emittens, pedalis, aut ſemipedalis. Folia inferiora petiolis longis, ſæpe foliis longioribus prædita, haſtata; intermedia ſimpliciter auriculata; floralia ſeſſilia, ovato-lanceolata; omnia integerrima ſeu nullo modo dentata. Corollæ ſaturate cæruleæ, tubo albicante, majores quam in præcedenti, quaſi ſpicam exhibentes terminantem.

Florens in aquoſis Loſoſna, prope Grodnam, julio: rarior præcedenti. Eſt ſcutellaria haſtifolia L. Lugdunea.

Caule palmari.

37. Caſſida minor.

Radix rubra, tenuis, ad magnam diſtantiam ex nodis radiculas capillaceas emittens. Caulis baſi procumbens, tenuiſſimus, vix palmaris, ſaturate violaceus, ſtriatus. Folia inferiora ſubſeſſilia; intermedia breviter petiolata, cordato-lanceolata, ſerrata: ſerratulis obliquis, remotis. Ex quoque folio intermedio ramus triuncialis, folioſus & floriferus. Flores bini axillares, duplo minores quam in præcedentibus, ſaturate purpurei ſeu violacei, tubo carnei coloris.

Communis prope Grodnam, in aquoſis juxta Niemen & juxta amnem Loſoſna; florens julio. Eſt ſcutellaria minor L. Lugdunea, montana.

Spicis longis, strictis; corolla vix irregulari.

38. Verbena spicata.

Caulis erectus, rigidus, cubitalis. Folia rugosa, multifida, laciniata, pleraque tripartita : lobo intermedio trifido, unde quasi semipinnata; superiora simplicia. Flores spicati : spicis longis, laxis, pannicularis. Calyx longus. Corolla rubra, cærulea, tubulosa : segmentis quinque, ovatis, æqualibus, duobus paulò superioribus : stamina quatuor in tubo corollæ latentia. Semina rugosa quatuor, in calyce clausa, nidulata, sicut in capsula.

Verbena officinalis L. rara in Lithuania, in districtu Brzesciensi & prope Novogrodok.

Communis circa Varsaviam, florens julio, augusto, perennis. Lugdunea.

Obs. Herba subinsipida, inodora. Decoctum in ophthalmia chronica a serosa colluvie utile : contra contusiones certe inutile auxilium.

Unipetalæ figuratæ, unilabiatæ.

Stolonifera.

39. Bugula reptans.

Caulis semipedalis, erectus, glaber; ex basi caules procumbentes seu flagelliformes, reptantes. Folia inferiora petiolata, ovata, crenata; caulina sessilia, obverse ovata, crenata. Flores spicati; spica densa, crassa; bracteis interpositis maximis. Corollæ cæruleæ labium superius minimum. Stamina longiora.

Communis prope Grodnam, florens aprili, maio; perennis. Variat floribus albis & purpureis. Est ajuga reptans L. Lugdunea.

Bugula reptans var. Spica interrupta.

BVGVLA ὀρειμειζονοπολύκαυλος ἀνθοκυάνεος

P. 103. N. 40.



Folia caulina angustiora, quasi cuneiformia, dentato-serrata. Florum verticilli omnes, pollicari intervallo remoti, præsertim inferiores. Caulis altior, debilior.

Grodnensis, in arvis, florens junio.

Obs. Herba amara, subastringens. Vis vulneraria decocti mihi videtur dubia. Centum & ultra vulnera tractavimus cum hac planta non citius sanata aliis similibus energiæ naturæ prorsus derelictis.

Caule recto.

40. Bugula pyramidalis.

Habitus reptantis; stolones nulli. Folia hirsuta, villosa, angulose dentata: dentibus magnis. Bracteæ dentatæ; labium corollæ brevius: corolla cærulea.

Ajuga pyramidalis, L. florens maio, communis prope Grodnam, in silvis. Variat etiam flore albo. Lugdunea.

Bugula pyramidalis var. Major, spica interrupta.

Caulis bipedalis, basi fere glaber; folia inferiora minora, dentata; intermedia majora; florum verticilli omnes inter se remoti; corollæ cæruleæ.

In silvis prope Grodnam, florens junio.

Caule triunciali.

41. Bugula nana.

Caulis erectus, simplex, tomentosus, vix triuncialis. Folia inferiora ovata, sessilia, integerrima: intermedia ovato-lanceolata, dentata: dentibus raris, subhirsuta. Bracteæ lanceolatæ, virides, dentatæ. Flores tres tantum remoti in summitare caulis: corollæ cæruleæ, magnæ.

Grodnensis, florens junio, in arvis. Videtur filia pyramidalis.

Caule villoso.

42. Bugula tomentosa.

Habitus pyramidalis. Caulis tenuior, albo tomento vesti-

tus. Folia rotundiora, dentibus majoribus hirſuta; calyces hirſuti; corollæ rubræ.

Eſt ajuga Genevenſis L. communis in ſilvis prope Grodnam, florens julio. Vix ſat differt a pyramidali. Lugdunea.

Allium redolens.

43. Scordium alliaceum.

Caulis decumbens, ramoſus, ramis ſubereſtis. Folia ſeſſilia, ovato-lanceolata, ſerrata, mollia, hirſuta, amara. Flores brevi pedunculo, axillares, plerumque duo. Corolla cæruleo-rubeſcens; galea nulla; alæ binæ; barba ampla, ſerrata.

Teucrium Scordium L. florens julio, perennis, rara circa Grodnam, in aquoſis locis dictis Lipsk. Allii odorem ſpargit. Lugdunea.

Obſ. Amara, ſubacris, allium redolens; pretioſiſſima ad arcendam putredinem in ulceribus. Jure laudata in gangræna; certe inimica lumbricorum; in febribus intermittentibus, remittentibus, numeroſis noſtris periculis adjuvans pretioſum.

Teucrium chamædrys paſſim reperitur circa Varſaviam.

Caulis procumbens per totam longitudinem, florens; folia ovato-elliptica, piloſa, inciſo-crenata. Verticilli triflori: corolla purpurea.

Communis prope Lugdunum; florens junio; perennis.

Aromatica, amara; in anorexia pituitoſa, cachexia, chloroſi, febribus intermittentibus utilis.

COROLLÆ UNIPETALÆ.

SIMPLICES, INVOLUTÆ, FIGURATÆ.

Stamina duo, tria aut quatuor inæqualia.

FASCICULUS II.

SEMINA IN CAPSULIS CLAUSA.

Stamina duo.

VERONICÆ LINNÆI.

CAlyx quadripartitus, foliolis duobus majoribus. Corolla quadrifida, rotata; lacinia una minore. Capſula bilocularis, cordata. Folia inferiora in plerifque oppofita, fuperiora alterna. Bracteæ lineares ad bafes pedunculorum.

Flores fpicati.

Foliis verticillatis.

44. Veronica verticillata.

Caulis tripedalis, erectus; fimplex. Tria folia ovato-lanceolata, inæqualiter ferrata, ad nodos verticillatim difpofita, petiolata: petioli uniti bafi, caulem coronantes. Spicæ florum plures, terminantes, plerumque tres, una longior intermedia, quinque pollicum longitudine. Flores innumeri; calyx parvus, fegmentis æqualibus anguftis;

corollæ cæruleæ, diametri quinque linearum; antheræ elongatæ; ſtamina corolla longiora.

Florens diu, auguſto; communis in omnibus ſilvis, prope Grodnam: perennis.

45. Veronica verticillata var. Quadrifolia, latifolia.

Caulis quadripedalis, rubro-nigreſcens a baſi ad ſummum. Quatuor folia petiolata, petiolis uncialibus, verticillatim diſpoſita, cordato-ovato-lanceolata, inæqualiter ſerrato-dentata, latitudine quatuordecim linearum, longitudine quatuor pollicum; dentibus magnis, duabus ſerratulis inciſis. Racemi foliorum minimorum axillares. Flores ſpicati: ſpicæ novem; quatuor ex penultimo foliorum verticillo, quatuor aliæ ex ultimo; duo paria remota foliorum lanceolatorum in ſcapo ſpicæ: ſpica impar longior, craſſior. Corollæ magnæ, cæruleæ.

Obſ. Certat inter Sibericam & Virginianam. Phraſis Virginianæ Linnæana rigoroſe convenit noſtræ: attamen credo diverſam. Erit-ne ſimplex varietas maritimæ? Tunc Siberica, Virginiana & Spuria ad eamdem ſpeciem pari jure revocandæ. In horto introducta portentoſe luxuriat: tunc folia ſeptena majora, ſpicæ longiores, caulis ſexpedalis.

Florens julio, in ſilvis prope Grodnam, juxta fluvium Niemen: perennis.

46. Veronica verticillata var. Foliis binis & ternis, villoſa.

Facies maritimæ, caulis villoſus, tripedalis. Folia plurima, petiolata, per paria diſpoſita; raris dentibus ſimplicibus obliquis inciſa, baſi acuminata, producta in petiolo: lateraliter utroque latere excavato, ſectione ſemicirculari.

Spicæ breviores, tenuiores, quinque terminantes. Corollæ albefcentes.

Florens julio, in filvis prope Grodnam, Lofofna : perennis.

47. Veronica verticillata var. Anguftifolia.

Caulis tripedalis, folia tria petiolata ad nodos angufta, lanceolata, ferrata; ferratulis fubæqualibus minimis, albefcentia, quinque linearum bafi lata, quatuor pollicum longa. Spicæ terminantes novem, impari duplo longiori. Folia nulla ad bafim fcaporum fpicarum, feu fpicæ laterales octo : non funt axillares.

Obf. Lente caules & folia obfervata exhibent glandulas albefcentes, denfas, villis terminatas. Corolla, relative ad plantam, major quam in præcedentibus. Difficile effet ftatuere an fit fimplex varietas maritimæ, aut fpecies diftincta. Linnæus ipfemet dubia non tollit, ftatuendo characteres fpecificos. Accedit ad fpuriam Linnæi.

Florens julio, circa Grodnam, in filvis Bobrowfzczyzna, perennis.

Foliis oppofitis.

48. Veronica oppofitifolia.

Caulis fimplex, erectus, femipedalis, lanuginofus. Folia dura, ficca, fubhirfuta; inferiora petiolata, ovata, fex linearum lata; fuperiora anguftiora; alterna : omnia crenato-ferrata. Spica una terminans caulem, denfa. Segmenta calycis linearia, acuta, hirfuta. Corollæ cæruleo-violaceæ : fegmentis acuminatis.

Veronica fpicata L. Communis prope Grodnam, in arvis, florens julio, perennis, Lugdunea.

49. Veronica fpicata var. fpica prolifera.

Folia radicalia duo, petiolata, majora quam in præcedenti, vere crenata, linguiformia, obtufa : crenulis ciliis crebrioribus onuftis. Caulis vix triuncialis, fpica compofita

terminatus. Inferior ſpica fructifera, quadriuncialis; ex apice illius duæ ſpicæ ejuſdem longitudinis, florentes. Florens julio, in arvis prope Grodnam.

50. Veronica ſpicata major.

Caulis bipedalis, erectus, nigreſcens, ſubvilloſus. Folia oppoſita, per paria remota; inferiora petiolata, lato petiolo baſi caulem amplectentia, lanceolatata, ſex linearum lata, octodecim longa, præter petiolum ſexlinearem, crenata, ſerrata, crenulis inæqualibus, ſine plerumque obtuſa, baſi in petiolum decurrente; intermedia & ſuperiora ſeſſilia, baſi anguſtiora: omnia ſubhirſuta, ſcabra. Flores inferiores axillares, alterni, quatuor aut quinque a ſpica remoti. Spica una denſa, triuncialis, terminans caulem. Flores ſeſſiles; calycis ſegmenta æqualia, hirſuta, anguſta. Bracteæ lineares, hirſutæ. Corollæ cæruleæ.

Obſ. Certe phraſi & deſcriptioni hybridæ Linnæi convenit; ſed noſtra altior: nullam vidi figuram quæ bene illam exprimat.

Florens julio in ſilvis, prope Grodnam, perennis, Loſoſna.

51. Veronica ſpicata var. Major foliis oppoſitis, ternis & alternis.

Radix lignoſa, nodoſa. Caulis ſeſquipedalis. Folia plerumque alterna, inferiora tantum oppoſita, baſi anguſtiora; intermedia terna ad nodos: omnia lanceolata, ſerrata, aſpera. Spica una terminans caulem, longior. Corolla cærulea.

Florens julio, in ſilva Wulmeri prope Grodnam.

Obſ. Facies præcedentis, unde ſola varietas; ſed ſingularis: ex qua concludendum quali fragili fundamento pleræque ſpicatæ diſtinguantur.

Foliis lanceolato longis.

52. Veronica longifolia L.

Caulis fesquipedalis, rotundus, rubore vinofo albefcente tinctus. Folia oppofita, petiolo femipollicari prædita: inferiora ovato-lanceolata, unius pollicis lata, trium longa, acuminata, bafi in petiolo prolongata, per paria afcendendo fenfim anguftiora: inde fuperiora lanceolata; floralia linearia; omnia ferrata, faturate viridia; ex axillis duorum aut trium ultimorum parium, quatuor aut fex fpicæ florales, longitudine duorum pollicum: fpica major & craffior terminat caulem, in axillis foliorum inferiorum. Racemi breves, foliofi. Calyx hirfutus. Corolla magna quinque linearum diametri, plerumque carnea.

Obf. Bracteæ, & pedunculi fpicarum & pedicilli tomento denfo albo onufti, lente cryftallina in foliis & caule obfervantur breviffimi & denfi pili albi: glandulæ fubftinentes pilos diftinguuntur tantum in caule.

Sat frequens in filvis prope Grodnam, juxta Niemen; florens julio.

Foliis incanis.

53. Veronica incana L.

Caulis erectus, villofo-hirfutus, albefcens, rotundus, octopollicaris, fimplex. Folia inferiora petiolata, oppofita, lanceolata, in petiolorum media parte decurrentia, crenata, obtufa, hirfuto-villofa, marginibus, & lamina inferiori albefcentia. Folia caulina intermedia, feffilia, obverfe lanceolata, ad bafim petioli decurrentia, apice obtufiora; cæterum radicalibus fimilia, rarius crenata: fuperiora folia anguftiora, integerrima. Flores fpicati, fpica terminali quatuor pollicum longa, flores breviffimis pedunculis alterni, fubremoti, feu non denfe congefti. Bracteæ hirfutæ lineari-lanceolatæ. Calyx hirfuto-villofus; corollæ

cæruleæ; tubus brevis, inflatus; laciniæ lineares; stamina longa; antheræ magnæ, ex duobus folliculis separabilibus, albo-cæruleæ.

Obs. Quando cum specimine Siberico nostram contulimus, supervenit dubium: nostra enim minus incana apparet; sed notula Linnæi dissipavit cito anxietatem. Dixit enim: hæc in cultis deponit albedinem tomenti, minusque tomentosa fit. Hort. Ups. 17. Quæ observatio evidentior evadit assertione perspicacis Gmelini: Caulis, inquit, & folia semper lanuginosa, colore nunc magis in album, nunc magis in viridem vergente. Flor. Siber. tom. III. pag. 220.

Florens augusto in silva prædii Brigittarum Kochanow, prope Grodnam; perennis.

Animadv. Ante plenariam evolutionem floris, corolla videtur plena propter antheras approximatas, & convolutionem staminum. Cæterum collata Veronica incana cum spicata, maxima inter utramque habitus adest analogia.

Foliis cordato-ovatis.

54. Veronica galeopsis folio.

Caulis erectus, curvus, cinerescens, tenuis, splendens, tripedalis, simplex. Folia inferiora, & intermedia opposita, remota; petiolata, petiolis semiuncialibus, canaliculatis, subcordato-ovato-elongata, acuminata, inæqualiter serrata, serratulis acumine terminatis, læte viridia, latitudine pollicis unius, longitudine duorum, & decem linearum, basi folii in petiolum decurrente: superiora lanceolata, angustiora. Bracteæ lineares, breves. Flores spicato-racemosi, seu pedicillis duarum linearum longis alterni distincti, seu spica rara, una terminali, brevi, vix duorum pollicum longa. Calyx sæpe trifidus. Corolla plerumque trifida, tubo longitudine segmentorum; stamina tria longissima, duplo corolla

longiora; antheræ albæ, didymæ, post pollinis fecundationem fulvæ; stilus staminibus longior; nulli racemi foliosi ex axillis foliorum. Capsula cordata, emarginata.

Florens augusto, in silva prædii Brigittarum Kochanow: perennis.

55. Veronica galeopsis folio var. spicis longissimis.

In ista, rami foliosi ex axillis foliorum. Spicæ duæ aut tres terminantes, longissimæ, pollicares, tortuosæ, floribus remotis, distinctis. Folia saturatius viridia, evidentius basi cordata. Corollæ omnes tetrafidæ.

Florens septembri, in silvis prope Grodnam, juxta Niemen: perennis.

56. Veronica galeopsis folio var. pauciflora.

Caulis bipedalis, erectus, villosus. Folia petiolata, petiolis foliis brevioribus, villosis, opposita per paria ascendendo, cruciatim disposita, cordato-ovata, acuminata, serrata, serratulis inæqualibus, subtus albescentia, pubescentia, supra læte viridia, latitudine ad basim septem linearum, longitudine septemdecim: superiora folia ovato-lanceolata. Racemi breves foliosi, ex axillis foliorum caulis. Racemus terminans caulem brevis, octo linearum, pauciflorus quatuor aut quinque. Bracteæ nullæ. Calyx tetraphyllus, foliolis inæqualibus, glabris. Tubus corollæ albescens segmentis longior; segmenta æqualia, angusta, saturate cærulea. Stamina duo longitudine segmentorum corollæ. Antheræ cæruleæ, maximæ.

Florens septembri in silva prope Grodnam, ultra Niemen fluvium.

Obs. Habitu similis præcedenti, differt foliis minoribus, evidentius cordatis, hirsutis, racemo brevissimo, brevitate filamentorum. Utriusque conferantur descriptiones.

Foliis parvis, ovatis.

57. Veronica serpyllifolia L.

Caules plurimi, quadriunciales, basi sæpe procumbentes & radiculas emittentes, inde erecti. Folia per paria, quatuor inferiora brevi-petiolata, intermedia sessilia, ovata, rotundata, integerrima, aut rariter crenato-serrata, glabra. Flores terminantes racemoso-spicati: spica florali brevi; fructifera, elongata: fructibus remotis. Bracteæ ovatæ, lanceolatæ, oppositæ, & alternæ. Corollæ albo-cæruleæ, parvæ, calycum foliolis breviores, uno segmento cæruleo.

Obs. Specimina frequentiora dant folia quinque linearum latitudine, octo linearum longitudine, sæpe fere rotunda: unde provenit Veronica repens nummulariæ folio Dillenii. Specimina inveni radice simplici, caule triunciali, simplicissimo, foliis vix duarum linearum longis.

Florens maio prope Grodnam, in herbidis juxta fluvium Niemen; Lugdunea. Etiam vidi florentem junio; vix crederem annuam. Sæpe inveni radices, & basim caulium sublignosas.


Foliis ovato-lanceolatis.

58. Veronica spicato-racemosa.

Radix tenuis, sublignosa, nigrescens, ad nodos remotos radiculas emittens. Caulis semipedalis, tenuis, glaber, erectus, simplicissimus, lutescens. Folia opposita, per paria remota, plerumque tantum quatuor; duo paria inferiora petiolata, ovato-lanceolata, læte viridia, plerumque integerrima, passim raris serratulis vix visibilibus incisa: duo paria intermedia, sessilia; versus summum tria

VERONICA ὀρεοφυλλέρπυλλος

serpillifolia L. P. 112. N. 57.



tria folia alterna remota, lanceolata, omnia tenera. Flores ſpicato-racemoſi, terminantes caulem; ſpica biuncialis; pedicelli inferiores & ſuperi breviſſimi, intermedii longiores; Bracteæ lineares, lanceolatæ, hirſutæ, calyce longiores; ſcapus ſpicæ hirſutus; calyces breves, hirſuti, foliolis duobus brevioribus; corolla ſaturate cærulea, ſat magna, tubo albo; ſtamina longiora; piſtillus longiſſimus.

Obſ. 2. Folia, lente cryſtallina obſervata, exhibent pilos breviſſimos, denſos, circa margines foliorum. Deme baſim & apicem racemi in noſtra, habebis rigoroſe veronicam alpinam Oederi tab. 16. noſtra paulo altior: ſuſpicor eamdem ſolo mutatam, ſicut campanulam noſtram Thyrſoideam.

Florens octobri in ſilva dicta Loſoſna; Grodnenſis.

Caule procumbente.

59. Veronica repens.

Caules hirſuti, plurimi, repentes, radiculas ex axillis foliorum producentes; floriferi, erecti. Folia oppoſita petiolis folioſis, ovata, baſi anguſtiora, integra, reliqua parte ad apicem ſerrata hirſuto-villoſa, firma, albeſcentia. Spicæ axillares duæ, aut quatuor ex paribus ultimis foliorum. Scapus ſpicæ villoſus, nudus, plerumque folio longior. Flores racemoſo-ſpicati, ſpica rara, plerumque duorum pollicum longitudine. Scapus, calyx & bracteæ hirſutæ. Corolla parva albo-cærulea.

Obſ. Innumera hujus ſpeciei ſpecimina examinavi in variis locis collecta. Mirum eſt quantum facie variat, & præcipuis attributis. Modo nana exurgit, caule ſimplici vix triunciali; modo pedalis & ultra; modo exhibet caules omnes procumbentes: folia invenio lanceolata, anguſta, alia fere rotunda; modo ſpica ſcapo breviſſimo, modo

longiſſimo, plerumque nudo, aliquoties alternis foliolis linearibus onuſto; modo tota planta villoſo-hirſuta, aliquoties fere glabra, nec minus color corollæ varians: vidi inter noſtrates albas, cæruleas, carneas, trifidas, & plenas. Ex hoc exemplo ſicut ex plurimis aliis videre eſt quam fragiles ſunt phraſes characteriſticæ. Nonne natura ſenſim, & gradatim tranſit ex una ſpecie ad alteram? Evidenter hoc aſſertum confirmatur ſevera enucleatione veronicarum, galiorum, campanularum, & aliorum plurimorum generum.

Communis prope Grodnam in ſilvis, florens junio. Eſt Veronica Officinalis L. Lugdunea.

Obſ. 2ª. Planta recens, amara, ingrati ſaporis, aſtringens ſub receſſu. Poſt annuam deſſicationem grate amara, aſtringens. A plurimis, ex hypotheſi, plurimum laudata, ab aliis nimium neglecta. Certe in diarrhœis, & omnibus morbis imi ventris a toni laxitate, egregium auxilium. In aſthmate, adjuvans non contemnendum. Nullum tutius noſco præſervativum contra anorexiam litteratorum. In tuſſi catarrhali efficax medicamentum. Vis dubia in phthiſi, certe nociva, febre lenta ſtabilita; extus, jure inter bona vulneraria ſtatutum decoctum. Non crederem prorſus inodorum; inutilis tamen aqua.

Foliis magnis.

60. Veronica pſeudochamædrys Jacquin.

Caulis ſimplex, quadripedalis, diametri duarum linearum, rotundus, erectus, cineraſcens, lanugine tenui obductus. Folia ad baſim duo, brevi-petiolata; omnia alia ſeſſilia, baſi cordata, ovata, dentata, ſerrata ſerratulis profundis; pagina infera pubeſcentia, ſupera glabra, nervoſa, corrugata, decem linearum lata, quatuordecim longa, obtuſa; ſuperiora anguſtiora, verius ſerrata, acuminata.

TEVCRIVM ὀρεανθόλοβικον 114. N.60.



Veronica latifolia. L.

Flores racemosi, racemis palmaribus axillaribus: ex ultimis paribus foliorum racemi duo, aut quatuor. Ultra insertionem pullulat adhuc caulis, producens duo aut tria foliorum paria; media pars scapi racemorum nuda. Bracteæ lineares, hirsutæ, plerumque pedicillis breviores. Pedicilli capillacei, erecti, hirsuti, sex linearum longi. Calycis segmenta quinque, hirsuta, vix linearia, duo breviora; corolla magna diametri sex linearum, segmentis ovatis acuminatis, saturate cærulea, tubo albo; Antheræ saturate cæruleæ; stamina longitudine corollæ; capsula cordata inflata.

Obs. Altitudo caulis variat. Sæpe invenimus tripedalem, cubitalem; passim pleræque corollæ quinquefidæ observantur: cæterum, qui cum Hallero hanc simplicem varietatem sequentis pronunciaret, plurimos reperiret asseclas, sicut patebit conferendo utriusque descriptiones. Crantzius & Jacquinus descripserunt illam sicut latifoliæ varietatem Linnæi, collatis numerosis speciminibus latifoliæ, quæ collegi in Pyrenæis, tantam invenio similitudinem, ut statuere possim nostram esse annulum catenæ inter chamædrim & latifoliam: sic natura, more pictorum, tali arte omnia ligat nodis intricatis, ut semper difficile erit rigorosos statuere limites variarum specierum.

Florens junio, in silvis prope Grodnam, perennis, communis.

Veronica pseudochamædrys var. Minor.

Omnino similis præcedenti, ejusdem crassitudinis, semipedalis. Racemi longitudine caulis. Folia minora sed perfecte similia. Calyx constanter tetrafidus; corolla etiam saturate cærulea, sex linearum diametri.

Florens maio, prope Grodnam, in silva juxta Niemen.

Obs. Duo, aut quatuor racemi florales ex axillis foliorum superiorum: racemo folioso, sterili, terminante caulem.

Foliis profunde dentatis.

61. Veronica Chamædrys.

Facies præcedentis. Caulis femipedalis, villofus. Folia rotundiora dentibus obtufis. Racemus brevior, laxior. Corollæ cæruleæ, faturatioribus lineis pictæ. Bracteæ & laciniæ calycis latiores.

Florens maio, communis prope Grodnam, in pafcuis, perennis.

Obf. Pars fuperior caulis, & fcapi racemorum niveo denfo tomento onufti. In aliis fpeciminibus caulis cortice nigrefcente, raro tomento onufto, tortuofus, bafi procumbens. Folia ima, minima, rotunda, petiolata, petiolis quatuor linearum longis, planis. Radix horizontalis, nigrefcens, fafciculos radicularum ad nodos remotos producens. Cæterum examinando numerofa fpecimina, quæ collegi in Lithuania, fateor cum perfpicaciffimo Scopolio, plurimas Linnæanas fpecies mihi effe inextricabiles. Non video realem differentiam inter Chamædrim & Teucrium: forte fequentes Teucrium, proftratam & pilofam larvatæ occultant.

62. Veronica Chamædrys var. corolla cærulea, magna, lineis violaceis picta.

Caulis triuncialis bafi repens, tenuis, villofus: duo paria foliorum inferiorum petiolata, rubra, fuperioribus fimilia; omnia rotunda, dentata: racemi pauciflori, breves. Antheræ erectæ.

Florens maio, in pafcuis prope Grodnam.

63. Veronica Chamædrys var. Proftrata.


Radix truncata, innumeras radiculas capillaceas, nigrefcentes, emittens. Caules plurimi bi- aut quadriunciales,

Veronica
TEVCRIVM ὀρεοπολύκαυλον.ϛ. λοϐύκανθον

P.116.N.63.



TEVCRIVM ὀρεοῤῥίζογκον P.116.N.61.



Veronica chamædrys. L.

pilis longis villosi, procumbentes. Folia inferiora petiolata, intermedia sessilia, ovato-lanceolata, profunde dentata, pagina inferiore & marginibus, densis longisque pilis hirsuta; racemi foliosi axillares, foliis petiolatis crenatis, racemi floriferi breves: bracteæ hispidæ, lanceolatæ; pediculi hispidi quatuor linearum longi; calyces quadrifidi, segmentis lanceolatis, duobus angustioribus; corollæ albæ.

Florens maio, in pascuis, prope Grodnam.

64. Veronica Chamædrys, var. corollis carneis.

Caulis triuncialis, villosus. Duo folia inferiora brevi-petiolata, minima, rotunda, crenato-dentata, intermedia lanceolata, sessilia, tam profunde dentata, ut dici possent pinnatifida: pinnulis obliquis. Racemi breves, pauciflori. Corollæ carneæ, lineis rubris pictæ: lacinia una angustiori quam in congeneribus.

Obs. Pili foliorum tam breves ut vix distinguantur.

Florens junio, in pascuis, prope Grodnam.

65. Veronica Chamædrys var. floribus albis.

Caulis triuncialis, vix villosus. Folia cordata, sessilia, vix villosa, crenato-dentata, dentibus brevissimis. Corolla tota alba.

In arvis florens junio, prope Grodnam.

66. Veronica Chamædrys var. foliis superioribus petiolatis.

Radix penetrans, bifurcata. Caulis semipedalis, nigrescens, basi nudus. Folia infra recemum floridum sessilia, ovata, obtusa, dentata, dentibus longis; racemus foliosus, terminans caulem, exhibet quinque folia ovata, ser-

rata, petiolata. Racemus floridus ex quinque floribus longe pedicellatis. Capsula plana, cordata, vix emarginata, hirsuta margine. Calycis foliola inæqualia, linearia, hirsuta.

Aquaticæ.

Foliis angustis.

67. Veronica scutellata L.

Caules pedales plurimi, basi procumbentes, striati, ex axillis radiculas projicientes, graciles. Folia opposita sessilia, remota, angusta, longa, duarum linearum lata, longitudine duorum pollicum, acuminata. Flores racemosi; racemis axillaribus laxis, pedicellis alternis, capillaribus, pendulis. Racemi plerumque foliis longiores. Corolla alba, fere regularis, parva; segmenta calycis linearia; capsula plana, cordata, valde emarginata.

Florens junio, communis in aquosis, prope Grodnam, Lugdunea, rarior.

Obs. In axillis foliorum observo fasciculum squamarum linearium, albarum, splendentium, forte folia minima infectis alterata. Supra enim in proximis axillis erumpunt fasciculi foliorum ejusdem formæ, loco radicum quæ nascuntur ex axillis inferioribus. In hac specie semper extremitas caulis sterilis folia tantum exhibet fasciculatim approximata, angustiora; passim latiora invenio folia, & breviora; modo racemi multiflori, modo vix quinque floribus formati: specimen inveni pedunculo unifloro axillari. In nostris corolla plerumque alba, raro lineis roseis picta, nunquam cærulea; folia cultura evadunt succulenta, falcata.

68. Veronica scutellata var. Nana, caule ramoso.

Caulis vix quinqueuncialis, basi tres ramos producens,

erectus; folia approximata, racemi foliis breviores: folia inferiora basi attenuata, lanceolata, breviora.

Florens augusto in stagno sicco, prope Grodnam.

Foliis latis.

Caule erecto.

69. Veronica acutifolia.

Radix crassa duorum pollicum ad nodos remotos radiculas fasciculatim producens. Caulis bipedalis, fistulosus, ramosissimus, erectus, crassitudine unius pollicis. Folia ovato-lanceolata, vix serrata, crenulata, amplexicaulia, acuta, longitudine trium pollicum, latitudine unius. Racemi axillares, foliis longiores: uno ex quaque axilla. Pedicelli erecti, vix bracteis longiores. Flores approximati, seu sat denso racemo. Corollæ albo-cæruleæ, parvæ, segmento uno angustiori. Capsula cordata, inflatis loculis; semina numerosa.

Veronica anagallis L. florens junio in aquosis, prope Grodnam, communis, perennis. Lugdunea.

Obs. Descripsi hanc speciem juxta specimina in nostris frequentiora; sed nobis exhibuit numerosas varietates quoad habitum, & præcipua attributa. 1°. Quoad mensuram: inveni quadripedalem ramosissimam, sensimque descendendo ad specimina, vix palmaria, tamen perfecta. 2°. Sæpe folia sunt serrata, sæpius crenata, aut integerrima, passim colorata, rubescentia. 3°. Nonnulla specimina, omnia folia lanceolata cum racemis ex longis pedicellis nutantibus tenuissimis, sic igitur prope ad scutellatam attinentia. 4°. Alia erecta amant proferre folia brevia, obtusa. 5°. In nonnullis corollæ magnæ diametri quatuor linearum, segmentis ovatis, in aliis albæ, lineis roseis tinctæ. 6°. In majoribus speciminibus ex una bractea sæpe duo nascuntur pedicelli.

Caule proſtrato.

70. Veronica rotundifolia.

Habitu convenit cum præcedenti ; ſufficienter diſtinguitur foliis rotundioribus , aut ſaltem obtuſis , caule magis repente , vix pedali , racemis brevioribus , floribus paucioribus , denſioribus , corollis majoribus , cæruleis.

Veronica beccabunga L. In aquoſis prope Grodnam , communis , florens maio , perennis. Lugdunea.

Obſ. Varietas , major pedalis ; profert folia ſerrata ; minor palmaris , facle , vera ſimia ſamoli valerandi ; dat folia anguſtiora , obtuſa , integerrima. Radix funiculiformis , tenuis , ſtolonifera , ſæpe 'quatuor pedum longa , huc illuc caules producens , qui ipſimet baſi radiculas parturiunt.

Obſ. 2. Herba , amara , ſucculenta , ſaponacea. Succus foliorum recentium cum melle in podagra & rheumatiſmo verno tempore egregium prophylacticum ; ſæpe ſolus ſcorbutum ſanavit ; vis vulneraria mihi dubia ; folia contuſa valent in inflammationibus externis : aqua diſtillata , inutilis.

Flores ſolitarii.

Foliis lobatis.

71. Veronica hederæfolia L.

Tres , aut quatuor caules palmares , procumbentes. Folia radicalia duo , longe petiolata , ſucculenta , ovata , obtuſa ; folia inferiora oppoſita , petiolata , alia cordata , integra , alia trilobata , alia vix tridentata ; ſuperiora alterna , plurima quinquelobata , nonnulla trilobata , intermedio lobo in omnibus majori : omnia ſubhirſuta. Pedunculi uniflori , foliis longiores , hirſuti. Corolla

albo-rubescens, duobus segmentis angustioribus, minima. Capsula didyma, capsulis rotundis.

Obs. Specimina nostra Gallica majorem exhibent plantam. Color corollæ in Lithuanicis modo albus, modo roseus.

Grodnensis, florens aprili, annua. Lugdunea.

Pedunculis longis.

72. Veronica longe pedunculata.

Caules plurimi ex una radice repentes. Folia opposita, ovato-crenulata; alia oblonga, alia rotundata; pedunculi foliis longiores. Flores solitarii: corolla pallide cærulea, tribus segmentis albis, quarto cæruleo. Calycis segmenta corolla longiora. Capsula rotundata, semina octo.

Figura Oederi 449, bona, cum charactere exhibet calycis foliola duo breviora, sicut constanter invenimus. Folia ramorum alterna in plurimis nostris speciminibus observanda. Cæterum multiformis hæc species: modo folia cordata, rotunda, vix crenata; modo ovata, folio in petiolum producto; modo folia lingulata, profunde dentata, plerumque floralia angustiora, vix dentata; modo corolla cærulea, modo albescens.

Veronica agrestis L. communis in agris cultis circa Grodnam, florens aprili, annua. Lugdunea.

Pedunculis brevibus.

73. Veronica brevi pedunculata.

Caulis semipedalis. Folia supra radicem plurima: caulina pauca, sessilia, ovata, subhirsuta, raris dentibus incisa; superiora floralia, lanceolata. Pedunculi axillares, foliis breviores. Corolla albo-cærulescens, calyce brevior. Fructus: capsula inflata: calyx magnus pedunculo longior.

Veronica arvensis L. communis, arvensis, annua, Grodnensis, florens maio. Lugdunea.

Foliis parvis, integris.

74. Veronica acinifolia.

Caulis simplex, vix quadriuncialis, villosus. Folia inferiora petiolata, ovata, opposita, integerrima; sic tria paria cruciatim disposita, media pars caulis nuda; folia intermedia sessilia, ovata, sed serrato-crenata; superiora foliá integerrima, lanceolata, alterna: omnia villosa. Pedunculi foliis duplo breviores. Flores pauci; calycis foliola villosa, inæqualia. Corolla alba, parva: cæterum planta mollis, aquosa.

Obs. Nullam speciem invenio, cui nostra rigorose congruat: plurima exhibet attributa Romanæ L. sed differt foliis villosis, caule breviore. Vix tamen rigorose crederem speciem distinctam: militat inter Romanam & arvensem.

Florens maio, sat frequens in arvis sterilibus, prope Grodnam, annua.

Foliis pentafidis.

75. Veronica quinquefida.

Caules plurimi, erecti, palmares. Folia inferiora ovata, crenata, octo linearum lata, intermedia profunde in quinque laciniis divisa, quasi digitata, lacinia intermedia latiori trifida, externis gradatim minoribus & angustioribus; superiora folia quadrifida aut trifida; suprema ultima lineari lanceolata, cum minimis appendicibus lateralibus ad basim; omnia villosa. Pedunculi uniflori, axillares, foliis longiores: calyx magnus, villosus. Corolla saturate cærulea: tubo extus albo, intus viridi, luteo. Capsula complanata, cordata, bilocularis, stilo persistente, loculis inflatis, margine pilis rigidis munita: semina plurima.

Obs. In plurimis speciminibus foliola duo calycis invenio trifida, trilobata; junior planta, tamen florens, vix quadriuncialis, postea elongatur: in juniore pedunculi vix foliis longiores.

Veronica triphylla L. florens aprili, annua, in arvis frequens, Grodnensis, Lugdunea, montana.

Foliis trifidis.

76. Veronica trifida.

Facie convenit cum præcedenti; sed brevior vix trium pollicum altitudine. Caulis erectus, ramosus. Folia inferiora ovato-lanceolata, integra; caulina fissa, quasi digitata: segmentis tribus, angustioribus; omnia subhirsuta: pilis vix oculo nudo visibilibus. Pedunculi foliis breviores: foliola calycis corolla longiora, inæqualia, linearia; corolla saturate cærulea; clausa, minima, vix granum mole æquans, tubo viridi; capsula cordata, lata, glabra.

Obs. Quando corolla viget, plerumque caulis vix pollicaris: tunc vere hirsuta pilis splendentibus; post casum corollarum inferiorum elongatur ad altitudinem trium pollicum.

Veronica verna L. communis in arvis, prope Grodnam, florens aprili, annua. Delphinalis.

STAMINA TRIA.

77. Montia alsine facie.

Caulis succulentus, triuncialis, ramosus. Folia opposita, petiolata, ovata aut obtuse lanceolata, succulenta. Flores racemosi infra suprema folia: pedunculi debiles, uniflori; calyx bifidus; corollæ albæ, parvæ, bilabiatæ; segmentis quinque; stamina tria; stili tres. Fructus: capsula unilocularis, trivalvis, semina tria.

Montia fontana L. Lithuanica, in pratis humidis silvæ Bobrowszczyzna, Varsaviensis. Lugdunea, montana.

STAMINA QUATUOR, COROLLA QUINQUEFIDA.

78. Limosella plantaginis folio.

Folia radicalia cespitosa, longe petiolata, angusto-lanceolata, vel ovato-lanceolata. Radix flagelliformis novos cespites producens. Scapi uniflori, foliis breviores: calyx quinquedentatus; corolla campaniformis, semiquinquefida, parva, alba, intus rubella; segmentis acutis: uno minore; stamina quatuor: duobus brevioribus. Fructus: capsula rotunda. Semina innumera, minima.

Limosella aquatica L. Grodnensis, in pratis humidis Lososna. Florens junio. Annua, Lugdunea.

Corolla infundibuliformis. Stamina duo castrata, duo antherifera.

70. Gratiola angustifolia.

Caulis simplex, aut ramosus, pedalis, aut semipedalis, glaber, teres. Folia opposita, sessilia, lanceolata, serrata a medio ad apicem: serratulis remotis. Flores axillares: pedunculi uniflori; calyx videtur septem foliolis formatus, propter duas bracteas angustas, calyci subjectas; corolla lutescens, elongata, tubo gracili, quadrifida: segmento superiori, seu galea emarginata, unde quinquefida videtur: tribus aliis subrotundis; stamina quatuor, duo castrata, seu absque antheris; capsula turbinata, sulco notata, bilocularis.

Obs. Planta primi anni exhibet radicem funiculiformem, nondum nodosam, caulem supplicem, folia plerumque integerrima; sequentibus annis, radicem dat nodosam, caules ramosos, folia serrata. Etiam inveni serrata folia



Limosella aquatica. L.

a basi. Passim vidi quinque stamina, capsula modo quadri-, modo bilocularis. Corolla sæpe rubro colore tincta in fauce. Cæterum affinis digitalibus fructu & corolla.

Gratiola officinalis L. florens julio; semina matura septembri. Communis juxta ripas fluvii Niemen, ad duo milliaria a Grodna, & circa lacum Jezior. Lugdunei.

Herba inodora, recens insigniter amara; dessicata, post annum gustata, grate amara, salivam movet; certe recens magna dosi intus præscripta, sicut omnia exotica purgantia, corrodit, & inflammationes lethales excitat. Lugdunensis herbarius infanti, 12 annorum nato, manipulum unum gratiolæ decocti forma dedit: post vomitum centies repetitum, & sanguinis evacuationes ex ano, mortuus est, ante mortem convulsivis motibus stupendis agitatus per tres horas. Aperto imo ventre, gangrænosa erant intestina. Sed dissicata folia parva dosi adultis data, decoctionis aut pulveris forma, egregium purgans centies confirmatum propria experientia; jure laudatum sine dysenteriarum, diarrhœarum, in hydrope, absente labe viscerum; in infartibus imi ventris, in morbis cutaneis, herpetibus, scabie, nullum nosco tam efficax remedium. Minima dosi ad grana sex, intus foliorum pulvis datus in febribus quartanis tutum auxilium; extus decoctum plantæ ulcera sordida mundificat egregie. Recens Planta, etiam parva dosi, vomitum excitat.

Corolla campanulata.

80. Digitalis lutea major.

Caulis simplex, bipedalis, raro tripedalis, subhirsutus. Folia radicalia, cum lato petiolo folioso, pedalia; caulina subamplexicaulia, dentata, ovato-lanceolata. Flores spicati, uno latere dispositi, nutantes. Calyx hirsutus, profunde quinquefidus: segmentis linearibus. Corolla

magna, pollicaris, fublutea, extus villofa, fupra germen coarctata, curva, exinde campanulata: limbo irregulari, fubquinquefido; guttæ croceæ intus in corolla, præfertim in facie inferiori. Stamina corolla breviora, bafi contorta; capfula ovata, bilocularis.

Obf. Olim Linnæus varietatem Luteæ credidit, poftea paravit. Si varietas tantum? Quare tam frequens noftris regionibus, deficiente Lutea, quæ communis circa Lugdunum, abfente ambigua.

Digitalis ambigua L. communis prope Grodnam, in omnibus filvis, florens junio; in Europa rara. Lugdunea, montana.

Folia amara fapore proprio, fub receffu naufeabunda; parva dofi, innocua; majori, emetica. Decoctum egregios effectus promittit: extus in ulceribus fordidis, intus adhibitum pro fcrophularum curatione; fed caute præfcribendum.

Corolla ferrata.

Corolliis variegatis.

81. Euphrafia maculata.

Caulis fimplex, aut ramofus, palmaris. Folia breviffime petiolata, ovata, dentata, ferrata; ferratulis acutis. Flores fubfeffiles, folitarii, axillares. Corolla labiata, tubo luteo cylindrico; labium fuperius extus revolutum, bifidum, planum, lineis cæruleo-violaceis pictum, inferius trifidum: quodque fegmentum divifum, intermedio longiore; faux macula lutea notata; ftamina flore breviora; antheræ inferiores altero lobo bafi fpinofæ. Fructus linea exaratus, bilocularis.

Obf. Variat figura foliorum, & flore: modo inveni foliis linearibus profunde ferratis, modo vix ferratis, hirfutis,

EVPHRASIA ὀρειανθοπόρφυρος P.126.N.81.
officinalis.L.



aut glabris, laciniæ corollæ barbæ plus, minusve sunt numerosæ. Passim luteo flore vix maculato reperitur; sed constantior est Euphrasia minor Dillenii: vix caulis triuncialis, simplex, aut a radice divisus. Folia lanceolata, atro colore tincta, serratulis seta terminatis. Segmenta calycis longiora, spinosa; tubus albus corollæ; utrumque labium cæruleum. Floret septembri, communis prope Grodnam, in arvis & pascuis. Annua.

Euphrasia officinalis L. communis in pascuis prope Grodnam, in monticulis juxta Niemen fluvium, diu florens a junio ad finem julii. Annua. Lugdunea.

Obs. Herba inodora, amara; vanum remedium in debilitate memoriæ; non inutile collyrium: succus foliorum in ophthalmia chronica cum laxitate utilis, nocivus in inflammatoria; vana & fatua aqua distillata.

Corollis rubris.

82. Odontites rubra.

Caulis pedalis, a medio ramosus, ramis axillaribus. Folia sessilia, lineari-lanceolata, subhirsuta, serrata: serratulis brevibus, raris: floralia minora, rubescentia. Flores axillares, spicati, uno latere versi, breviter pedunculati: corollæ rubræ, labium superius concavum, inferius profunde trifidum, segmentis divergentibus; antheræ didymæ, loculis sulcatis, fuscis, uno apice spina alba ornatis. Filamenta infra antheras villosa.

Obs. Sæpe inveni floribus carneis, caule, & foliis coloratis, nigro rubore; variat etiam plurimum magnitudine, modo palmaris, modo cubitalis; plerumque invenitur caule pedali. Cæterum pulchra planta, copia florum recreans oculos; mihi suspecta; ingrato sapore salivæ copiam adauget.

Euphrasia odontites L. communis in arvis, prope Grodnam, florens junio, julio, & augusto: annua. Lugdunea.

COROLLÆ GLOBOSÆ.

Scrophulariæ. Calyx quinquefidus ; corolla fubglobofa, refupinata : labii fegmento intermedio interno ; capfula bilocularis , bivalvis , ovato-acuminata.

Obf. Calyx brevis, campanulatus : fegmentis rotundis, fupremo breviore ; tubus corollæ ventricofus, fauce amplior, fundo amplo foramine perforato ; limbus tetrafidus : fegmento fuperiori plano , emarginato , latiori, lobis crenatis ; lateralibus brevioribus , rotundatis ; inferiore integerrimo, rotundato , extus contra tubum reflexo. Squama cordata , agglutinata faciei internæ fegmenti fuperioris : eft fegmentum intermedium internum labii juxta Linnæum, qui corollam dicit refupinatam propter flamina quæ tendunt verfus partem inferiorem corollæ. Cæterum, character effentialis Linnæi obfcurus videbitur cuicumque non fuerit hujus auctoris imbutus nomenclatura.

Obf. 2. In omnibus noftris fpeciebus caules quadrati ; folia oppofita , integra ; flores racemofi terminantes ; bracteæ lineares ad bafim pedunculorum.

Caule alato.

83. Scrophularia alata.

Radix longiffima, medullofa, filamenta innumera emittens. Caulis quinquepedalis, fuperius rubefcens, angulis foliaceis, ramofus. Folia ovato-lanceolata, ferrata, petiolis brevibus foliofis decurrentibus. Racemi terminantes ramos, & caulem. Calyx quinquefidus ; corolla fubglobofa, refupinata : labii fegmento intermedio interno : labium fuperius intus, & extus atro-purpureum ; tubus, & reliqua fegmenta viridi-lutefcentia ; capfula bilocularis, ovatoacuminata.

Scrophularia aquatica L. Florens julio, in aquofis, prope Grodnam, communis. Herba amara, fœtida : Lugdunea.

Obf.



Scrophularia aquatica. L.

Obſ. Herba amara, ſubfœtida: ipſamet nauſeabunda; ſaporem tamen ſenæ benè corrigit. Nunquam ſola ſanavit ſcrophuloſos : centies tentavimus. Raro, applicata, ulcera mundat.

Caule nudo.

84. Scrophularia nodoſa L.

Radix nodoſa, tortuoſa, craſſa, tuberculis onuſta. Caulis bipedalis angulis obtuſis. Folia petiolata, cordata, baſi obliqua inciſa. Racemus florum terminans caulem.

Obſ. Corolla ſat ſimilis præcedenti. Duo filamenta curva; duo erecta; antheræ nigreſcentes; ſquamula cordata, atro-purpurea, terminatur baſi appendice anguloſo, agglutinato laminæ internæ corollæ: racemuli ſuperiores alterni, inferiores oppoſiti. Inveni flores vix rubeſcentes, virides: foliorum dentes majores, quam in præcedenti.

Florens junio, communis prope Grodnam, Loſoſnæ; in ſilvis diu floret. Lugdunea.

Folia amara & fœtida; inutilia pro curatione herniarum, inertia pro debellandis hæmorrhoidibus cæcis, nociva in angina. An utiliter ſues ſcabioſi lavantur decocto herbæ?

COROLLÆ BILABIATÆ, CAULIS SQUAMOSUS, SUCCULENTÆ.

Floribus rubris.

85. Lathrea Squamaria L.

Radix craſſa, ramoſa, ſquamoſa. Caulis pedalis, aquoſus, mollis, curvatus, craſſitudine digiti. Folia nulla, quorum loco ſquamæ alternæ, membranaceæ. Flores nutantes imbricati, ſpicati, quadraginta & ultra, ſecundum duos ordines parallelos, uno verſu diſpoſiti. Squamæ florales

roſeæ, magnæ, floribus oppoſitæ. Calyx campanulatus, duobus ſegmentis ſuperioribus majoribus; corolla perſonata, bilabiata, labio ſuperiore integro plicato, purpureo; inferiore tripartito, albicante: ſegmentis lateralibus minoribus; filus curvus, ſtigmate cavo; antheræ magnæ. Glandula depreſſa ad baſim ſaturæ germinis; capſula unilocularis.

Obſ. 1. Faciem exhibet orobanches: unde placet phraſis Gaſp. Bauhini. Orobanche radice dentata major.

Florens aprili, prope Grodnam, in ſilvis ultra Niemen fluvium, ad radicem arborum in locis opacis: non floret quolibet anno.

Obſ. 2. Figura Oederi, tab. 136. eximia, cum charactere, ſed in noſtris caulis altior, & floreſcentia non incipit a baſi caulis.

Floribus luteſcentibus.

86. Orobanche pubeſcens.

Radix craſſa, carnoſa, ſtipulis onuſta, paraſita. Caulis ſimplex, pinguis, ſquamoſus, villoſus. Folia vera nulla. Flores ſpicati, ſeſſiles, concolores ſcapo, luteſcentes: calycis foliola quatuor; corolla magna immarceſcens, ringens; galea bifida; barba trifida; ſtamina 4, antheris cohærentibus; ſtigma obcordatum. Glandula ſub baſi germinis; capſula unilocularis, bivalvis: ſemina plurima minima.


Grodnenſis, rara: in marginibus ſilvæ Volmeri, florens maio. Caryophyllum olens. Eſt orobanche major L. Lugdunea.

COROLLÆ PERSONATÆ, FLORES BRACTEATI.

MELAMPYRA LYNNÆI.

Calyx quadrifidus; corolla perſonata: labium ſuperius compreſſum, margine replicato; capſula bilocularis, obliqua, dehiſcens: ſemina duo, gibba.

CRATEOGONVM μειζονόρειον P.131.N.89.



Melampyrum nemorosum. L.

Communia attributa sequentibus speciebus. Radix ramosa, caulis ramosus. Folia opposita, sessilia, simplicia. Flores subspicati, terminales. Bracteæ foliis latiores.

Spicis quadratis.

87. Melampyrum cristatum L.

Caulis pedalis. Folia lanceolata, angusta. Spicæ quadratæ; bracteæ cordatæ, compactæ, denticulatæ, in carinam plicatæ, imbricatæ. Corollæ tubus purpurascens, galea purpurea aut alba, barba ex aurantio rufa, tridentata.

In pascuis circa Grodnam, Lososna, florens julio. Annua. Lugdunea.

Bracteis purpurascentibus.

88. Melampyrum purpurascens.

Habitus præcedentis. Folia inferiora longissime lanceolata, integerrima; superiora basi dentata. Spicæ conicæ laxæ; bracteæ purpureæ, dentato-setaceæ, seu dentibus longis & angustis; galea exterius villosa, albo-ferruginea: labium inferius ferrugineum. Faux flava, tres dentes in barba, medio longiore.

Melampyrum arvense L. communis in silvis & inter segetes, prope Grodnam, florens julio, annua. Lugdunea.

Semina reddunt panem cærulescentem & amarum, vix tamen noxium juxta Linnæum; contrarium observavi: sæpe testis fui dolorum ventriculi post escam panis secalitii vitiati; vaccæ hanc herbam libenter comedunt. Semina siccata, lente aqua emolliuntur: unde forte sata tantum post annum germina expellunt.

Bracteis cærulescentibus.

89. Melampyrum cærulescens.

Caulis cubitalis, ramosissimus. Folia latiora, ovato-lanceo-

Folia sessilia, lanceolata, crenata, hirsuta; superiora serrata, crenulis, & serratulis crebris; floralia ovata, acuminata, serrata, serratulis majoribus, spina terminatis. Flores axillares, bracteis longiores; uno sessili in quaque axilla, duobus paribus remotis, terminalibus approximatis: calyx ventriculosus, compressus, quatuor dentibus lateralibus, brevibus, subvillosus, reticulato-venosus, diaphanus; corolla personata, flava; labium superius sæpe inferiori longius, cavum, obtusum, bifidum; infra, duo appendices violacei; labium inferius trifidum, segmento intermedio lato, emarginato; capsula bilocularis, obtusa, compressa.

Obs. Sat frequens, varietas insignis: caule striato, rubescente, ramosissimo a media parte caulis, pedalis, floribus minoribus, foliis vix lineæ latitudinis serratis, subhirsutis. Videtur pedicularis major angustifolia ramosissima flore minore luteo, labello purpureo Dillenii, Synopsis, pag. 284, alectorolophus calycibus hirsutis Halleri; non mihi videtur species distincta; collatis plurimis speciminibus, duæ species Hallerianæ communibus attributis mihi adeo nexæ apparent, ut discrimen allatum non sufficiat pro charactere genuino.

Communis in pratis humidis, prope Grodnam, florens junio & julio, annua, Lugdunea.

Planta sicca, rigida; vix fenum dat; recens, etsi amara & acris, non repudiatur a pecoribus; quando multiplicatur in pratis, suffocat alias plantas.

COROLLA LABIATA. CALYX CRISTATUS.

PEDICULARES LINNÆI.

Calyx quinquefidus. Corolla personata. Capsula bilocularis, mucronata, obliqua. Semina tunicata.

Foliis pinnatifidis.

93. Pedicularis folio ceterac.

Caulis pedalis, & bipedalis. Folia radicalia ſex, aut octo, petiolata, ſemipinnatifida : pinnulis baſi coalitis, ſub-oppoſitis, dentatis, dentibus crenulato-ſerratis. Folia caulina alterna, brevi-petiolata, petiolo ſemiamplexicauli; floralia ſeſſilia, baſi integerrima, ſuperius crenata, crenulis ſerratis, concava, ovato-lanceolata, alterna, approximata, quaſi verticillata. Flores axillares, ſubſeſſiles, ſolitarii; calyx campanulatus, ſubventricoſus, ſegmentis quatuor, quinque aut ſex, crenulatis: crenis ſerratis, velut criſtatis. Germen turbinatum; corolla ringens, pollicaris : marceſcens, fulva; florens, ſulphurei coloris; labium ſuperius fornicatum, erectum, occultans ſtamina; labium inferius tripartitum; alæ paulo longiores, & anguſtiores; barba, quæ eſt quaſi ſemilunaris, margine macula rubra tincta: tubus ſupra calycem dilatatus, calyce longior.

Obſ. Sic ſunt pleraque ſpecimina. Inveni tamen quæ varietates exhibent; ſic unum caule ramoſo, tria erant folia verticillata in medio caulis, ex axilla unius exurgebat ramus nudus, ferens in ſummo folia, & flores, ſed non erant tria folia, ſed duo oppoſita; ſic tria paria florum, & foliorum, primo pare ab aliis remoto; paſſim invenio corollam vere hiantem, plerumque tamen clauſam. Conſtanter noſtra exhibet corollas albo-luteas. Specimen inveni floribus pleriſque alternis, remotis.

Florens junio, circa Grodnam copioſe in aquoſis pratis locorum dictorum Lipsk, Jeziory.

Herba fœtida, mihi ſuſpecta. Eſt pedicularis ſceptrum carolinum L.

Pedicularis, alpina, folio ceterac Helvingii, fl. tab. 39.

Quare Linnæus non appellavit pedicularem folio ceterac? Certe præstantius fuisset nomen triviale. In hoc casu Rudbeckii adulatio non placet.

Sceptrum carol. flor. Lapon. 243. t. 4. f. 4. folium radicale cum summitate caulis floridi.

Oederi tabula 26, cujus figura exhibet specimen integrum cum charactere fructificationis; sed non sufficit. Pro completa historia, quatuor requirerentur figuræ.

Nota. Capsulam nunquam vidi tam regularem, sicut pixit Linnæus; certe curvaturæ non sunt æquales, nec tam rotundam figurant capsulam.

Planta Germanica, Prussica, Danica, Suecica.

Planta fœtida, odoris sambucini. Semina contrita sopiunt dolores dentium: quod confirmandum.

Foliis pinnatis.

Ramis erectis.

94. Pedicularis erecta.

Caulis pedalis, erectus, ab imo ramosissimus, crassitudine digiti minimi: ramis omnibus floralibus. Folia pinnata, pinnulis profunde dentatis. Flores axillares, pedunculati, racemum foliosum, & floriferum constituunt: calyces striati, striis granulatis, bifidi, segmentis cristatis; corolla purpurea, labium superius concavum, obtusum, complanatum, nigrescens; labium inferius trifidum: segmento intermedio, obliquo, angustiore; capsula curva.

Communis prope Grodnam, in pratis aquosis. Florens junio, Lososna, diu florens. Fœtida. Lugdunea. Est pedicularis palustris L.

Ramis procumbentibus.

95. Pedicularis procumbens.

Caulis palmaris, simplex, & ramosus a basi: ramis pro-

cumbentibus. Folia pinnata, pinnulis inæqualibus dentatis. Flores axillares, alterni, subsessiles, inferiores remoti: calyces oblongi, angulati, læves, quinquefidi, imo dente minimo, reliquis cristatis; corollæ pallide purpureæ, longiores, ad faucem maculatæ; lobo intermedio labii inferioris cordato.

Variat colore florum: modo exhibet purpureos, modo albescentes, plerumque albo-purpureos.

Florens julio, circa Grodnam in Œconomia Labna. Lugdunea. Est pedicularis silvatica L.

COROLLÆ RINGENTES, CALCARATÆ.

ANTIRRHINUM LINNÆI.

Calyx quinquephyllus. Corolla personata, basi deorsum proeminens, nectarifera. Capsula bilocularis.

Floribus spicatis.

96. Antirrhinum Linaria L.

Caules cubitales, plerumque plurimi, ad basim rubescentes, erecti, simplices, aut ramosi. Folia conferta, ascendentia, rubescentia, aut glauca, lineari-lanceolata, glabra. Flores spicati, alterni, imbricati; spicæ breves, densæ, terminantes. Bracteæ lineares, corollis breviores. Calycis segmenta lanceolata, brevia, nervosa, acuta; tribus superioribus, paulo longioribus; duobus lateralibus, calcar corollæ recipientibus. Corolla personata, longo calcari donata, pollicaris, perpendicularis; margo faucis exhibet protuberantiam annularem crocei coloris: cæterum corolla sulphurei coloris.

Obs. Plurimum juxta varias stationes variat Linaria. Inveni nanam vix palmarem, exhibentem tres flores alternos, loco spicæ terminantis. In hac omnia folia vere

linearia; radix tuberosa, succulenta. In herbario videre est specimen caule procumbente ramosissimum, omnibus foliis linearibus, floribus pallidioribus. Calcar, modo rectum, modo curvum, in variis speciminibus observatur; passim etiam video rudimentum quinti staminis. Nunquam inveni monstrum celebre Linnæi peloriam, etiamsi sæpe inter mille specimina quæsiverim: observavi passim rictum corollæ, adeo insectorum morsu deformatum, ut vix referre possem ad formam naturalem: etiam non raro tota spica sic corrupta reperitur, ut corollæ exhibent formas foliorum villosorum, corrugatorum; sicut specimina possideo: tum constanter latiora sunt caulina folia.

Diu florens ubique, circa Grodnam, a junio ad finem augusti, perennis. Planta acris, amara. Lugdunea.

Obs. Planta acris, amarore proprio, vix nauseosa, urinam pellens, vomitum rarò excitans, sæpius alvum laxans, plurimis suspecta, sicut Hallero. Nobis parca dosi innoxia, vere laudata extus contra hæmorrhoides; intus sanavit icterum. Quid valeat in hydrope, obstructionibus, asthmate, de novo confirmandum specialioribus observationibus.

Calcari brevissimo.

97. Antirrhinum breviflorum.

Caulis pedalis, ramosus. Folia elliptica, obtuse lanceolata, mollia. Flores sparsi, sessiles, subspicati: calycis foliola subulata, corolla longiora; corollæ purpureæ; calcar brevissimum. Fructus: capsula caput vitulinum imitans, hujus tria foramina.

Antirrhinum Oruntium L. Grodnensis, rarior: florens julio in arvis, annua. Lugdunea.

Foliis ovatis.

98. Antirrhinum rotundifolium.

Caulis ramosus, procumbens. Folia villosa; inferiora opposita, ovata, integerrima; superiora alterna, ovato-lanceolata. Flores axillares: pedunculi uniflori, longi: tubus corollæ brevissimus: calcar brevius: labium superius atro-purpureum, inferius lutescens.

Antirrhinum spurium L. nunquam inveni circa Grodnam; collegi in arvis circa Varsaviam; florebat Julio, annua. Lugdunea.

Caule brevi ramosissimo.

99. Antirrhinum minus L.

Caulis palmaris, a basi ramosus: ramis subdivisis, diffusis. Folia pleraque alterna, lanceolata, angusta, succulenta, obtusa. Pedunculi axillares, uniflori. Calycis foliola inæqualia, obtusa; corolla parva, albescens, violaceo colore galea & nectario tinctis; calcar corolla brevius, curvum; capsula horizontalis, duobus foraminibus versus apicem dehiscens.

Obs. In meis speciminibus folia caulina sunt reflexa, ramea, erecta, tinctura galeæ & nectarii plus minusve violacea, sæpe cærulea. Non male in hac specie capsula squeleton capitis vitulini repræsentat.


Communis in arvis prope Grodnam, Lugdunea, florens junio: annua. Jam hoc tempore capsulæ plurimæ semina matura exhibent: inveni adhuc florentem fine augusti.

Folia glutinosa; humor viscidus eructat ex apicibus brevissimorum pilorum vix nudo oculo visibilium. Pili numerosiores sunt in ramis.

Planta ingrati saporis, vix a pecoribus tacta.

•LEONTIRRHINVM MONSPELIENSE

P.139.N.100.



Utricularia vulgaris .L.

COROLLA CALCARATA, PLANTA AQUATICA.

Staminibus duobus.

100. Lintibularia major.

Radix diaphana, capillacea, fimilis foliis. Caulis femipedalis, cinerefcens, rubefcens, nudus, præter fquamam concavam fub racemo caulis : pars immerfa, ramofa, glaberrima. Folia immerfa, pinnata, pinnulis capillaceis : globuli diaphani, feu veficæ ad divifionem pinnularum. Flores racemofi, racemo paucifloro, quinque aut fex : pedunculi carnei ; bracteæ parvæ, lanceolatæ ad bafim pedunculorum ; foliola calycis duo inæqualia : fuperius anguftius, inferius latius, brevius ; corollæ ringentes, calcaratæ, luteæ, fauce maculis aurantiis tincta ; capfula unilocularis.

Obf. Veficulæ axillares feparatæ natant perlucidæ. Non funt feffiles in divifionibus pinnularum, fed pediculatæ nutant, & oriuntur etiam ex pinnulis ; poft illarum cafum, filamenta foliorum videntur dentata : dentes ifti erant pedicelli veficularum. In juniori planta vix ramofa, paucæ funt veficulæ : unde concludere eft conceffas has fuiffe veficulas natantes, 1° pro fuftentatione & expanfione foliorum ; 2° forte, aer contentus in cavitate, infervit ad propulfionem fucci nutritii.

Utricularia vulgaris L. Communis in aquofis, prope Grodnam, præfertim in loco dicto Lofofna ; florens junio ; perennis.

FINIS SECUNDÆ COLLECTIONIS.

SERIEI PRIMÆ, SEU FLORUM UNIPETALORUM COLLECTIO III.


COROLLÆ UNIPETALÆ, FLORIBUS COMPOSITIS.

In Calyce communi plurimi flofculi aut femiflofculi, aut mixti, feu in eodem calyce femiflofculi & flofculi. Receptaculum, feu placenta, nudum, aut pilis aut fquamis ornatum. Germina : gymnomonofperma feu femen nudum fub quoque flofculo. Semina apice nuda, aut dentata, aut pilofa, aut ftipitata. Stamina coalita antheris in plerifque, in paucis libera : antheræ tunc quatuor. In coalitis ftamina quinque. Omnes noftræ compofitæ, herbaceæ, præter unum abrotanum, fublignofum ; plurimæ medicamentofæ, amaræ, flagrantes.

11-5-86.

SCABIOSA ὀρεομακρομονόκαυλος P. 141. N. 2.
arvensis. L.

SCABIOSA ὀρεάκαυλος



FASCICULUS PRIMUS.

FLOSCULOSÆ.

Corollæ parvæ, tubulosæ, limbo infundibuliformi; plurimæ in calyce communi involutæ.

ANTHERIS LIBERIS.

Receptaculo ſpinoſo.

1. Dipſacus connato folio.

Caulis tripedalis & quadripedalis, ramoſus, ſpinoſus; craſſus. Folia oppoſita, baſi connata, amplexicaulia, ovato-lanceolata, nervo ſpinoſo-dentata: foliola calycis communis duodecim, anguſta, longa, ſurſum curva, ſpinoſa. Capitula ovalia, longa, craſſa; floſculi innumeri, cærulei, quadrifidi; ſegmentis inæqualibus; receptaculum ariſtis rectis onuſtum; ſemen coronatum, vaginatum calyce proprio.

Dipſacus fullonum L. Grodnenſis, rara, in villa ſilvæ Bobrowſzczyzna, florens auguſto, perennis, Lugdunea, communis.

Dipſacus ſativus C. B. P. ariſtis fructus hamatis, colitur in hortis Lithuaniæ: mera varietas ſilveſtris juxta Linnæum.

RECEPTACULO PILOSO. COROLLULIS QUADRIFIDIS.

Foliis diverſis.

2. Scabioſa varia.

Caulis hiſpidus, erectus, hirſutus, cubitalis, brachiatus.

Folia radicalia, petiolata, ovato-lanceolata; dentata; caulina pinnatifida. Flores ramos nudos terminant; flosculi exteriores ampliores; discus convexus; calycis foliola ovato-lanceolata, longitudine flosculorum: flosculi purpureo-cærulei; semen coronatum setis quinque, involutum calyculo sericeo. Receptaculum pilosum.

Scabiosa arvensis L. communis ubique, diu florens junio, julio, &c. Grodnensis; perennis. Lugdunea.

Obs. Species Polymorpha, plurimas in Lithuania exhibens varietates, modo hirsuta, modo fere glabra, modo caule simplici, modo ramosissimo, passim fere acaulis, nanus: folia radicalia passim omnia integerrima, sed in plerisque speciminibus observantur integerrima, dentata, & pinnatifida; color corollæ modo albescens, modo carneus; in nonnullis speciminibus, invenimus capitulum elongatum, pauciflorum.

Foliis integerrimis.

3. Scabiosa præmorsa.


Caulis simplex, ad summitatem triflorus; ramis nudis. Folia radicalia petiolata, ovali-lanceolata, integerrima, læte viridia; caulina pauca, longiora, lanceolata. Calyx longitudine corollarum; flosculi æquales, cærulei; receptaculum squamosum, squamis herbaceis, triangularibus. Semen quadrangulare, coronatum denticulis quatuor.

Scabiosa succisa L. silvatica, Grodnensis, communis: florens septembri, perennis, Lugdunea.

Obs. Alia specimina foliis glabris, alia foliis hirsutis. Aliquoties inveni floribus albis. Huc venit specimen caule hispido, foliis ovato-lanceolatis, serratis, quæ forte est potius varietas scabiosæ silvaticæ Linnæi.

SCABIOSA στενοφυλλοπολύκαυλος

Colum=baria. L. P.143.N.4.



COROLLULIS QUINQUEFIDIS.

Foliis variis.

4. Scabiosa bellidis folio.

Caulis erectus, pedalis, ramosus; rami nudi, uniflori. Folia radicalia ovata, crenata; caulina pinnata, pinnulis setaceis angustissimis. Flores ambitus irregulares, segmentis quinque; in centro regulariores. Semen coronatum setis longis. Squamæ receptaculi angustæ, nigræ, longitudine flosculorum.

Scabiosa Columbaria. L. Grodnensis, in pascuis minus frequens, florens julio; biennis. Lugdunea, communis.

Foliis bipinnatis.

5. Scabiosa lutescens.

Caulis cubitalis, ramosus, nodis purpurascentibus. Folia pinnata, pinnis linearibus: foliorum caulinorum petioli perfoliati; flores flavescentes albidi, in disco tubulosi & quinquefidi, sed quasi truncati, in circonferentia irregulares; pedunculi longi.

Scabiosa ochroleuca L. communis in pascuis & arvis, Grodnensis. Florens a julio ad septembrem, perennis.

Obs. Hæc species, sicut jam observavit Clar. Jacquinus obs. Bot. 3. qui perfecte hanc adumbravit, sicut plurimas alias, varias mutationes offert. In Lithuania inveni caule simplicissimo unifloro, folio uno aut altero radicali integro: flores modo straminei coloris, modo albescentes, modo saturate lutei: passim procumbentes caules.

FLORIBUS MONOICIS.

6. Xanthium monoicum.

Caulis cubitalis, erectus, inermis, ramofus. Folia longe petiolata, hirfuta, cordata, quafi-trilobata; lobis breviffimis, circumferratis. Flores axillares mares & feminei; mafculini pauci, feminei plurimi. Calyx communis maris imbricatus. Corollæ monopetalæ, quinquefidæ, infundibuliformes: receptaculum paleaceum. Femineæ calycis foliola duo, germina includentia. Corolla nulla. Fructus nucleus, bilocularis, aculeatus, uncinatus.

Xanthium Strumarium L. communis, Grodnenfis, ruderalis, florens junio; annua, Lugdunea.

Obf. Xanthium Strumarium, amarum cum fapore proprio. Sudorificum egregium adjuvans & fuccedaneum Guajaci pro curatione morbi Venerei, ficut fæpius obfervavimus in Nofocomio noftro Grodnenfi.

ANTHERIS COALITIS, MOLLES SEU NON SPINOSÆ.

Floribus corymbofo – umbellatis.

Foliis pinnatis.

7. Tanacetum umbellatum.

Caulis tripedalis, ramofus, firmus. Folia viridia, glabra, pinnata: pinnis femipinnatis, acute dentatis. Flores terminantes, umbellati, plani; magni; calyces hemifphærici; flofculi innumeri, minimi.

Tanacetum Vulgare L. in filvis, prope Grodnam, communis, florens feptembri; perennis: Lugdunea. Amara, aromatica; præftans in chlorofi.

Obf. Specimina inveni caule fimpliciffimo, filiformi, pedali, foliis

foliis pinnatis, pinnulis angustioribus, simpliciter serratis: quæ forte Tanacetum Sibericum Linnæi. In posterum uberius illustrandum.

Foliis digitatis.

8. Eupatorium cannabis folio.

Caulis quatuorpedalis. Folia digitata: foliolis tribus ovato-lanceolatis, acute serratis. Flores parvi, corymbosi, terminantes, densi: calycis squamæ imæ ovatæ, interiores angustæ, longiores; corollæ androgynæ, calyce longiores, purpureæ, minimæ. Semina longa, gracilia, pappo plumoso coronata.

Eupatorium Cannabinum L. communis in aquosis, prope Grodnam, florens julio: perennis; acris, aromatica, amara. Lugdunea.

Obs. Singularem possidemus varietatem, specimen vix palmare, caule simplicissimo, foliis simplicibus, seu non digitatis, præter duas bracteas digitatas: repertum prope Grodnam, in loco dicto Lososna; florebat julio.

Eupatorium Cannabinum in radicibus occultat vim emeticam, sicut pluries observavimus; folia sunt laxantia, flores sudorifici: quare igitur practici hanc pretiosam speciem contemnunt?

Floribus parvis, spicatis, lateralibus.

Caule lignoso.

9. Abrotanum frutescens.

Caules procumbentes, ramis erectis, herbaceis, duri, lignosi, cubitales. Folia multifida, laciniis firmis linearibus, primo sericeis, albicantibus; deinde viridibus, glabris. Flores pedunculati, axillares, spicati, capitati, parvi: squamæ calycum ovatæ, virentes, marginibus albis; flosculi minimi pauci: flores aromatici.

Artemisia campestris L. communis, arvensis, Grodnensis, florens septembri; perennis. Lugdunea.

Obs. In Lithuania rara est varietas caulibus viridibus; plerumque invenitur cauliculis rubentibus. Lignescit caulis præcedentis anni; rami floriferi sunt, vere herbacei: unde exurgit varietas tota herbacea, soboles primi anni. Cæterum Abrotanum propria nostra observatione egregium antispasmodicum.

Caulibus herbaceis.

Foliis sericeis pinnatifidis.

10. Artemisia quadripedalis.

Caulis quadripedalis, erectus, ramosus. Folia pinnata, subtus tomentosa, alba: pinnis acute dentatis, latis, extrema trilobata. Flores racemoso-spicati, axillares, erecti, congesti, ovati; calyces longi, squamis tomentosis: flosculi minimi, in ambitu feminei, in centro hermaphroditi.

Artemisia vulgaris L. Grodnensis, communis, ruderalis: florens augusto, perennis. Lugdunea.

Obs. Hanc speciem amaram, aromate proprio præditam, sæpe utiliter præscripsimus in chlorosi & anorexia. Variat cauliculis rubris & albescentibus.

11. Absinthium bipedale.

Caulis durus, bipedalis, ramosus. Folia superne virescentia, inferne incana, tomento sericeo splendente, pinnata: pinnis bilobatis; pinnulis incisis, planis, mollibus. Flores spicati, axillares, uno versu nutantes, subglobosi, parvi; calyces hemisphærici: flosculi minimi; feminei in circumferentia, hermaphroditi in disco.

Artemisia absinthium L. communis in arvis, florens au-

gusto, Grodnensis; perennis: insigniter amara, aromatica. Lugdunea rara.

Obs. Sola rite adimplet omnes indicationes contra putredinem in ulceribus, contra vermes, quando adest debilitas ventriculi. Sæpe febres tertianas solo decocto Absinthii debellavimus, & gangrænam sistimus.

MOLLES GOSSYPIACEÆ.

FLORESCENTIA ANTE FOLIATIONEM.

In flosculis omnibus antheræ & stili.

12. Tussilago hermaphrodita.

Caulis florifer, pedalis, simplex, purpureus, squamis rubescentibus aspersus. Flores terminantes, thyrsum ovatum formantes, seu dense spicati; calyces rubentes; flosculi albi aut rubri, a decem ad viginti, speciosi, omnes hermaphroditi; antheræ purpureæ; post caulem floralem succedunt folia, maxima, terræ imposita, cordata, dentato-sinuata, subtus alba, tomentosa.

Tussilago petasites L. communis prope Grodnam, in vallibus, florens maio, perennis. Lugdunea.

In flosculis plerisque soli stili.

13. Tussilago androgyna.

Caulis florifer, altior, cubitalis. Flores minores, numerosiores, pedunculis longioribus sæpe nutantes; plurimi flosculi feminei, pauci hermaphroditi.

Tussilago hybrida L. Grodnensis juxta fluvium Niemen, florens maio; perennis. Lugdunea, montana.

In flosculis paucis soli stili.

14. Tussilago alba.

Facies præcedentis. Caulis floralis, semipedalis, aut pedalis; squamis ovatis. Flores terminantes, thyrsum fastigiatum formantes; flosculi plerique hermaphroditi, pauci feminei: omnes majores, carnei aut albi: folia radicalia, magna, tomentosa, inferius alba.

Tussilago alba L. Grodnensis, frequens juxta fluvium Niemen, florens maio, perennis.

Obs. Plurimis trium præcedentium specierum, speciminibus rite enucleatis, facillime assensum concedimus perspicacissimo Scopolio, qui in flora Carniolica has tres species varietates declarat, tanquam soli aut climatis productiones. Vidimus etenim femineos flosculos in petasitide. Cæterum omnes fragranti pollent odore & sapore proprio amaricante in radicibus: has utiles invenimus tempore retrocessus petechiarum & morbillorum.

Floribus flosculosis & semiflosculosis.

15. Farfara radiata.

Scapus uniflorus, semipedalis, squamis lanceolatis onustus. Calycis cylindricisquamæ æquales, præter paucas ad basim breviores. Flos radiatus: semiflosculi numerosi angustissimi; flosculi mediocres, pauci. Post marcescentiam florum folia nascuntur cordata, angulosa, dentata, glauca, succulenta.

Tussilago farfara L. communis in pascuis vallium, prope Grodnam, florens aprili, perennis. Lugdunea.

Obs. Flores aromatici, amaricantes. Infusio non inutile adjuvans in pleuritide, ultimis diebus morbi; in febre catarrhali egregium nobis sæpius suppeditavit auxilium.

GOSSYPIACEÆ CALYCIBUS SICCIS AUT SPLENDENTIBUS.

Calycibus coloratis, feminibus pappofis.

Squamæ calycis rubræ.

16. Gnaphalium Dioicum mas.

Caules : fteriles humifufi farmentis ; floriferi erecti, palmares, fimplices. Folia inferiora firma, ficca, inferne lanuginofa, quafi fpatulata : caulina folia angufta. Corymbus florum fimplex, terminalis ; calycis fquamæ purpureæ ; ftaminum vagina crocea.

Gnaphalium dioicum, var. Mas L. Florebat aprili & maio, communis in omnibus filvis & pafcuis. Grodnenfis.

Gnaphalium Dioicum femina.

Similis præcedenti. Flores longiores ob femen longius, & pappum infignem : Flofculi ftricti, anguftiores. Scapus altior. Flos albefcens.

Gnaphalium dioicum L. var. Femina, Grodnenfis, communis in filvis, florens aprili, maio : perennis. Lugdunea, montana.

Obf. Quidquid afferant practici, ficca hæc planta in noftra praxi prorfus inutilis fuit pro lenienda tuffi fpafmodica.

Squamæ calycis luteæ.

17. Gnaphalium aureum.

Caulis herbaceus, fimpliciffimus. Folia lanceolata ; inferiora obtufa. Corymbus florum terminans, compofitus. Squamæ calycum fplendentes, ficcæ, citrinæ.

Gnaphalium arenarium L. communis in arvis fabulofis, circa Grodnam : florebat augufto & feptembri.

Obs. Flores, inter digitos triti, spirant odorem specialem balsami. Non inutiles sunt pro expectoratione cienda, in catarrho & asthmate humido.

Squamæ calycis fuscæ.

18. Gnaphalium castaneum.

Caulis palmaris, ramosissimus, diffusus. Folia tomentosa, mollia, angusta, obtusa. Flores minimi, tomentosi, conferti, terminales. Calycum squamæ splendentes, fuscæ aut subluteæ.

Gnaphalium Uliginosum L. Grodnensis, in pratis aquosis silvarum, juxta fluvium Niemen, & alibi. Lugdunea.

Squamæ calycis spadiceo-argenteæ.

19. Gnaphalium spadiceum.

Caules albi, tomentosi. Folia lineria, acuta, viridia, subtus lanuginosa. Pedunculi axillares, tomentosi, sexflori, aut ultra, toti floribus obducti: ex istis minoribus spicis una magna, erecta, angusta formatur. Flores cylindrici: squamæ calycis virides, lanceolatæ, spadiceo-notatæ; ora pallente & nitida.

Gnaphalium silvaticum L. Grodnensis, communis in silvis Grandzicze & alibi. Florebat julio. Lugdunea.

SQUAMÆ CALYCIS SICCÆ.
GOSSYPIACEÆ NON COLORATÆ.

Semina non papposa.

Caule dichotomo.

20. Filago dichotoma.

Caulis palmaris, semipedalis, erectus, ramosus. Folia linearia, brevia, tomentosa. Glomeruli florum sessiles, dissiti: flores pyramidati; laterales axillares.

Filago montana L. Florebat julio, in fabulofis, prope Grodnam, in œconomia Labno. Lugdunea.

Caule panniculato.

21. Filago panniculata.

Caulis erectus, ramofiffimus, pedalis & cubitalis; ramis erectis. Folia conferta, tomentofa, linearia. Flores axillares conferti, feffiles: unde fpicæ laxæ, terminantes ramos. Calyces conici, tomentofi, cum virore albi.

Filago arvenfis L. Grodnenfis, communis Poniemun. Florens junio, perennis. Lugdunea.

COMPOSITÆ FLOSCULOSÆ.

ANTHERIS COALITIS.

Spinofæ.

Calycibus hamatis.

22. Arctium adhærens.

Caulis cubitalis, ramofus, brachiatus. Folia ampla, pedalia, cordata, obtufa, fubtus tomentofa, inermia. Florum capitula congefta; receptaculum fetis onuftum: calycis fquamæ lanceolatæ, apice ad unci modum recurvo, ad objecta adhærentes: flofculi omnes androgyni, violacei: femina curva, fulcata, brevi pappo coronata.

Arctium lappa L. inter rudera communis, Grodnenfis, florens augufto: perennis. Lugdunea.

Obf. Invenitur etiam frequens varietas caule vix pedali, capitulis tomentofis, fcilicet pilis intertextis, araneæ telæ fimilibus. Radix & herba dulcis, fubaufiera; illorum decoctum fenfibiliter fluxum urinæ adauget. Semina amariffima; pulverifata in œdemate pretiofa.

SPINOSÆ CALYCIBUS CYLINDRICIS ATTENUATIS.

Foliis variis, inermibus, ſerratis.

23. Serratula inermis.

Caulis tripedalis, firmus, ſuperius ramoſus. Folia inferiora ovata; ſuperiora baſi pinnatifida ſeu pinna impari maxima; omnia firma, glabra, ſerrata: ſerratulis acutis, minimis. Flores panniculati, purpuraſcentes; calyces cylindrici, attenuati; ſquamis gracilibus, compactis, inermibus: floſculi androgyni: femina pappoſa.

Serratula tinctoria L. Grodnenſis, communis, arvenſis; florens julio, perennis. Lugdunea.

Obſ. Dicitur tinctoria, quia herba luteo colore tingit lanas, ſicut reſeda luteola: licet color iſte minus tenax.

In nonnullis ſpeciminibus folia radicalia tota cum petiolis rubra, plerumque integra, paſſim tamen pinnatifida. Calyces, tincti colore atro-cæruleſcente, ſunt parvi, attenuati. Etiam folia caulina variant fiſſuris, modo minoribus, modo longioribus. Specimen obſervavi prope Grodnam nanum, ſemipedale, foliis omnibus pinnatifidis, floribus lacteis.

Foliis ſpinoſis.

24. Serratula ſpinoſa.

Radix repens, longiſſimus, ſublignoſus. Caulis tripedalis, ramoſus, anguloſus. Folia ſemipinnata: pinnis anguloſis, ſpinoſis; ſuperiora ſimpliciter dentata aut integra, lanceolata. Flores panniculati; calyces elongati, inermes: floſculi purpurei; pappus feminum longiſſimus, plumoſus.

Serratula arvenſis L. Grodnenſis, in arvis florens auguſto, perennis. Lugdunea.



Cnicus oleraceus . L .

Obs. In humidis locis dictis Losofnæ inveni, flore albo: figura tantum calycis convenit cum ferratulis; fed foliatione, habitu, fimilis eft Carduis: unde melius jam fuit nominatus a Joan. Bauhino, *Carduus ferpens levicaulis*: apud Hallerum eft, *Circium*, propter fpinas calycis mitior.

Spinis calycibus ovatis.

Bracteis obvallatis.

25. Cnicus bracteatus.

Caulis erectus, quadripedalis, vix ramofus. Folia inferiora laciniata, pedalia; fuperiora integra, ovato-acuminata, amplexicaulia, mollibus fpinis ciliata: flores congefti in fummis ramis, inter folia capitulis multo majora, flavefcentia. Squamæ calycum graciles, molliter fpinofæ, tomento molli obductæ. Flofculi ochroleuci. Pappus feminum plumofus.

Cnicus Oleraceus L. circa Grodnam inveni, in prato paludofo, juxta amnem Lofofnæ: florebat augufto; perennis. Lugdunea.

Calycibus glutinofis.

26. Cnicus Glutinofus.

Caulis tripedalis & quadripedalis. Folia amplexicaulia, pinnatifida, hirfuta, fubtus pubefcentia, laciniis lanceolatis, fpinulofo-ciliatis. Calyces nutantes, glutinofi: flores purpurafcentes: difco convexo longiori.

Aug. florebat, prope Grodnam juxta viam publicam, quæ Varfaviam ducit, in pratis uliginofis: perennis. Lugdunea.

Obf. Eft Circium Acanthoides montanum flore purpurafcente Tournefortii: optimam hujus fpeciei adumbratio-

nem & figuram dedit Clar. Jacquinus, flor. auftr. tab. 310 : hæc figura congruit cum noftro, fed conftanter obfervavimus flores purpurafcentes : eft Cnicus Erifithales Linnæi.

SPINOSÆ CALYCIBUS OVATIS, RECEPTACULIS PILOSIS, FOLIIS DECURRENTIBUS.

Squamis pungentibus.

Caule fexpedali.

27. Carduus altiffimus.

Caulis fexpedalis, gracilis, vix ramofus, totus obductus alis foliofis, fpinofis. Folia pauca, femipinnata, fpinofiffima. Calyces molliter fpinofi : flores racemofi, erecti ; pedunculi inermes ; capitula parva, vifcofa : flofculi rubri.

Carduus paluftris L. in pratis uliginofis, prope Grodnam, Lofofnæ. Florebat julio, perennis. Lugdunea.

Obf. Caulis fiftulofus, medulla fpongiofa infartus : receptaculum pilofum. Semina pappo pilofo coronata. In plerifque fpeciminibus invenio pedunculos fpinofos. Squamæ calycis nigrefcunt.

Floribus nutantibus.

28. Carduus nutans.

Caulis ramofus, cubitalis, alatus : alis fpinofis, brevibus, interruptis. Folia femipinnata : pinnis angulofis, fpinofis. Flores nutantes, magni ; fquamæ calycum pungentes, patulæ : flofculi carnei ; ftilus fubviolaceus. Semina nitida, multo & lato pappo coronata. Flores aromatici.

Carduus nutans L. communis, juxta vias, Grodnenfis ; florens augufto, perennis. Lugdunea.

11-5-86.

P. 155. N. 30.



Carduus acanthoides. L.

Obs. Passim inveni flosculis albis : fragrantissimus florum odor ; indicat virtutes cardiacas.

Laciniis foliorum divaricatis.

29. Carduus divaricatus.

Caulis bicubitalis ; alis foliaceis, brevibus, horridis spinis totus obductus : folia superne virentia, inferne albicantia, semipinnata : pinnis bilobis, spinosis, divaricatis. Capituli congesti, conici, tomentosi : spinæ calycis interiores inermes ; exteriores pungentes : flosculi purpurei ; semina curvata : flores nocte suaveolentes.

Carduus lanceolatus L. frequens juxta vias, Grodnensis ; florens julio, augusto : perennis. Lugdunea.

Squamis calycis debilibus.

Foliis sinuatis.

30. Carduus sinuatus.

Caules plurimi, cubitales. Folia decurrentia, sinuato-pinnatifida, margine spinosa, subtus incana. Calyces solitarii, pedunculati, erecti ; squamis patulis, vix pungentibus. Flores purpurascentes.

Carduus acanthoides L. Grodnensis, juxta vias, florens augusto : perennis. Lugdunea.

Alis foliorum crispis.

31. Carduus Crispus.

Caulis fragilis, tripedalis, ramosus, alatus ; alis longis, angustis, crispis, spinosis. Folia superne saturate virentia, inferne tomentosa, laciniata ; margine ciliato-

ſpinoſa. Capitula ſeſſilia, congeſta, terminantia. Squamæ calycis acutæ, debiles: floſculi purpurei; ſtili cyanei. Pappi ſeminum ſplendentes.

Carduus Criſpus L. in ſterilibus & juxta vias, Grodnenſis. Floret junio, biennis. Lugdunea.

Foliis ſeſſilibus.

Caule lanuginoſo.

32. Carduus Tomentoſus.

Caulis firmus, quadripedalis, lanuginoſus, ramoſus. Folia pinnatifida, ſeſſilia, ſupra virentia, ſubtus tomentoſa, incana, bifariam pinnatifida: laciniis alternis erectis, ſpina flaveſcente, longa, duriſſima terminatis. Calyces magni, globoſi, villoſi, ſquamis ſpinoſis: flores purpuraſcentes. Receptaculum craſſum, carnoſum. Seminum pappus copioſus, plumoſus.

Carduus Eryophorus L. frequens circa Grodnam, in ſilvis juxta Niemen; florebat auguſto: biennis. Lugdunea, montana.

Caule breviſſimo.

33. Carduus Acaulis.

Folia radicalia plurima, ſemipinnata: pinnis bilobatis & trilobatis, ſerratis, ſpinoſis. Caulis vix uncialis, uniflorus, foliaceus. Flos magnus, longus; ſquamæ calycis triangulares, mites, glabræ: floſculi purpurei: pappus ſeminum longiſſimus.

Carduum Acaulem L. nunquam inveni in Lithuania; obſervavi circa Varſaviam, in pratis, juxta Viſtulam: florebat auguſto, perennis. Lugdunea communis.

SPINOSÆ, SQUAMIS CALYCIS MUCRONATÆ, RECEPTACULO FAVOSO.

Foliis ovato-oblongis, ſinuatis.

34. Onopordon Acanthi folio.

Caulis ſexpedalis, ramoſus, foliorum petiolis alatis onuſtus. Folia & caulis tomento albo obducuntur: folia ovato-lanceolata, baſi anguſtiora, dentata, ſinuata: dentibus triangularibus, anguloſis, ariſtatis. Flores magni, terminantes: ſquamæ calycis ſpina acuta terminatæ; imæ reflexæ: floſculi numeroſiſſimi, violacei: receptaculi cellulæ quadrangulares, ſemina ovata, quadrangularia pappo coronata recipientes.

Onopordon Acanthium L. Obſervavi circa Varſaviam; florens auguſto. Lugdunea.

Obſ. Cardui, Cnicus & Onopordon plantæ amaræ; utilia medicamenta ſub forma decocti medicis pauperum offerunt in morbis, quæ obſtructiones occultas tanquam cauſas agnoſcunt.

FLOSCULOSÆ IRREGULARES, FLOSCULIS RADII LONGIORIBUS, DIVERSIS.

Calycinis ſquamis ſerrato-ciliatis.

Foliis integris.

35. Cyanus plumoſus.

Caulis cubitalis, durus, anguloſus. Folia ſubhirſuta, ovato-lanceolata, amplexicaulia, dentata. Flores purpurei terminantes ramos; calycis ſquamæ recurvato-plumoſæ:

flofculi coronatrices, majores, irregulares : pappus in difco receptaculi longus : femina brevibus pilis coronata.

Centaurea phrygia L. Grodenfis, filvatica; Grandziczis: florens augufto. Delphinalis.

Foliis dentatis.

36. Cyanus dentato folio.

Caulis durus, angulofus, ramofus, tomentofus. Folia inferiora petiolata, elliptica, dentata aut femipinnata: extrema pinna majore; caulina linearia. Flores cærulei ramos terminantes; fquamæ calycis pallidæ, ferratæ, ciliis albis ornatæ; flofculi radii magni, quafi bilabiati.

Centaurea cyanus L. fegetalis, communis, Grodnenfis: florens junio, julio : annua. Lugdunea.

Obf. Plurimas invenimus varietates, fcilicet, 1°. caule breviffimo, foliis omnibus integris; 2°. floribus albis; 3°. floribus carneis; 4°. floribus verficoloribus, flofculis radii albis, difci carneis.

Floribus panniculatis.


37. Cyanus panniculatus.

Caulis cubitalis, pannículatus, rigidus, ramofus. Folia numerofa, ficca, dura, fubvillofa, bipinnatifida : pinnis linearibus, pinnatifidis; folia fuperiora fimplicia. Flores numerofi, parvi, terminantes ramos : calyx durus, ventricofus; fquamæ ciliis duris, albis, barbatæ : flofculi carnei : receptaculum papposum; feminum pappus levis.

Centaurea panniculata L. Grodnenfis; arvenfis, frequens: florens junio : annua. Lugdunea.

Obf. Variat colore florum; inveni fpecimina floribus albis & carneis.

IACEA P., 159. N.38.
ρθόφυλλος & ψιλοκαυλανθοπόρφυρος



Centaurea scabiosa. L.

pag: 118 B

11-5-86

IACEA ὀρεανθόκαλος P. 159. N. 39.



Foliis pinnatifidis.

38. Cyanus laciniatus.

Caulis tripedalis, ramosus, sulcatus, crassus. Folia omnia pinnatifida, pinnis lanceolatis, firma, glabra. Flores speciosi, purpurei, magni, nudos ramos terminantes; squamæ calycis ciliis fuscis ornatæ: flosculi coronæ speciosi: pappus in receptaculo & in seminibus brevis & niger.

Centaurea scabiosa L. frequens in silvis, Grodnensis; florens augusto & septembri. Lugdunea.

Calycinis squamis aridis, scariosis.

39. Jacea tomentosa.

Caulis pedalis, parum ramosus; ramis angulatis, foliosis. Folia tomentosa; radicalia sinuato-dentata; caulina lanceolata. Flores magni, purpurei flosculis irregularibus coronati, terminantes ramos; squamæ nitentes, scariosæ, laceræ, siccæ, fuscæ: pappus in receptaculo copiosus: semina paucis villis coronata.

Centaura Jacea L. communis, pratensis, silvatica, Grodnensis, florens augusto, perennis. Lugdunea.

Obs. Plurimas inveni varietates: 1°. Pumilam quadriuncialem; 2°. Foliis integerrimis; 3°. Foliis linearibus, angustioribus; 4°. Floribus albis.

FLOSCULOSÆ, SQUAMIS CALYCIS MARGINALIBUS COLORATIS.

Spinosæ herbæ.

Caule brevissimo.

40. Carlina acaulis L.

Folia radicalia plurima, magna, ad terram sparsa, glabra, pinnatifida: pinnis angulosis, lobatis, plicatis; angulis

ſpinoſis. Caulis pollicaris, foliosus, foliis breviſſimis: flos terminans maximus; ſquamæ radii albæ, nitentes, ſiccæ, ſemifloſculos imitantes: floſculi innumeri, luteo-virentes; ſegmentis purpureis: receptaculum craſſum, carnoſum: ſemina papposa; calyculis hirſutis pilis coronatis.

In monticulis juxta fluvium Niemen, Grodnenſis: florens auguſto, perennis; Lugdunea. Radix craſſa, nigra, acri-amara; odore penetrante; ſudorifera, ſtomacbica, pretioſum medicamentum in hypochondriaſi, obſtructionibus, anorexia, ſcabie, herpetibus, rheumatiſmo.

Obſ. Squamæ calycis petaloideæ, extus vireſcunt; in nonnullis ſpeciminibus caulis prorſus deficit, in his floſculi purpuraſcentes; folia breviora, anguſtiora. In terris pinguioribus caulis elongatur ad octo pollices, craſſus, folioſus, multiflorus: unde varietas inſignis, dicta *caulifera*.

Caule alto ramoſo, calycis radio albo.


41. Carlina cauleſcens.

Caulis erectus, purpureus, ſubtomentoſus, ramoſiſſimus. Folia inferiora ſemipinnata: pinnis anguloſis, ſpinoſis; ſuperiora ovato-lanceolata, amplexicaulia; calycina herbacea, ciliata: omnia ſpinoſa, ſubtus tomentoſa. Flores corymboſi; laminæ radii albo-flaveſcentes: floſculi ſpadicei, ſegmentis purpureis. Semen villoſum.

Carlina Vulgaris L. Grodnenſis, communis, arvenſis; florens julio, auguſto: perennis, Lugdunea.

Obſ. Huc veniunt ſpecimina, laminis radii flavis, ſplendentibus, aureis, caule ſimpliciſſimo, unifloro: quæ habitu ſat differunt a Vulgari, ut in poſterum copioſius illuſtrentur. Frequens in arvis, prope Grodnam: floret julio.

FLOSCULOSÆ



Bidens cernua. L.

FLOSCULOSÆ SQUAMIS CALYCIS MARGINALIBUS COLORATIS.

Herbæ inermes.

Foliis tripartitis.

42. Bidens tripartita.

Caulis bipedalis, ramofus. Folia petiolata, trilobata; lobis profunde ferratis: lobo intermedio majore. Flores erecti, corona foliorum circumvallati; calycis fquamæ virides, lineatæ; interiores coloratæ: femiflofculi ficci, fteriles, coronant difcum: femina erecta, dentata, dentibus brevibus retrorfum verfis.

Bidens tripartita L. communis, in omnibus locis paludofis & foffis, prope Grodnam: florebat julio & augufto; annua, Lugdunea.

Obf. Herba lanas tingit fulvo colore.

Floribus nutantibus.

43. Bidens cernua.

Caulis pedalis, fubhirfutus. Folia lanceolata, amplexicaulia, ferrata: ferratulis remotis. Flores cernui, nutantes. Semina erecta; fquamæ calycis rotundatæ, lineis luteis pictæ.

Bidens cernua L. etiam frequens, propè Grodnam ad foffas; florens augufto: annua, Lugdunea.

Caule breviffimo.

44. Bidens minima.

Caulis vix palmaris. Folia lanceolata, feffilia, angufta; vix dentata. Flores erecti: femina erecta.

Bidens minima L. in arvis humidis, copiofe prope Grodnam, florens julio: annua, Lugdunea.

Obs. Plurima inveni specimina cum seminibus, quæ exhibebant folia jam tripartita: in fossam aquosam hæc species translata pedalem acquisivit altitudinem & produxit folia bidentis tripartitæ: unde confirmatur suspicio clar. Schreberi, qui tanquam varietatem tripartitæ minimam pronuntiat.

Squamæ calycis semiflosculosæ, numerosæ.

45. Coreopsis bidens.

Caulis erectus, cubitalis, ramosus. Folia amplexicaulia, sessilia, opposita, lanceolata, serrata. Flores axillares foliis obvallati, nutantes; calycis squamæ ovatæ; ultimus ordo plurium semiflosculorum flavorum, patentium: flosculi lutei. Semina plana, apice quadridentata.

Coreopsis bidens L. in locis paludosis frequens, prope Grodnam; florebat augusto: annua, Lugdunea.

Obs. Tanta similitudo adest, quoad habitum inter speciem istam & Bidentem cernuam, ut plurimi cum Hallero, enuntiant illam, tanquam simplicem varietatem Bidentis cernuæ.

COROLLÆ UNIPETALÆ.

FLORIBUS COMPOSITIS.

FASCICULUS II.

Radiatæ.

In calyce communi flosculi nascuntur diversæ formæ; aream occupant flosculi femini suo innati, infundibuliformes, plerumque quinquefidi: in his antheræ quinque coalitæ vaginam largiuntur stilo, apice bicorni; in ambitu circuli floris sunt semiflosculi seu ex tubulo brevi limbum lingulatum producentes: hi semiflosculi pistillum continent absque staminibus.

Inter nostras una species, scilicet Senecio Vulgaris, semiflosculis caret.

FLOSCULI ET SEMIFLOSCULI CONCOLORES LUTEI.

Folia pinnatifida.

Semiflosculis nullis.

46. Senecio flosculosus.

Caulis erectus, semipedalis, ramosus. Folia amplexicaulia, semipinnata: pinnulis sinuato-serratis. Flores terminantes ramos: flosculi plurimi minimi, semiflosculi nulli. Calyx cylindricus, attenuatus, calyculatus. Squamæ apice ni-

L 2

grefcentes, ficciores. Receptaculum nudum. Semina pappofa, elongata, fubhirfuta.

Senecio Vulgaris L. communis in cultis; floret a vere ad autumnum: Grodnenfis, Lugdunea.

Obf. Duabus & tribus vicibus, novis feminibus fefe propagat, quolibet anno; vera eft obfervatio Clar. Boehmeri, Flora Lipf. In fpeciminibus autumnalibus flofculos fæpe inveni plurimos qui piftillum tantum involvebant; paffim in circumferentia vidi limbos jam complanatos. In hac fpecie, ficut in aliis plurimis, calyx pro diffeminatione facilitanda invertitur.

Foliis pinnato-lyratis, non vifcidis.

47. Jacobea ficca.

Caulis erectus, ramofus, tripedalis. Folia pinnato-lyrata, laciniis lacinulatis. Flores terminantes fubumbellati; calyx glaber: femiflofculi patuli, duodecim, flavi; pedunculi glabri.

Senecio jacobea L. Grodnenfis in pafcuis, communis, perennis; florens julio. Lugdunea.

Obf. Plurimas varietates inveni: 1°. vix femipedalis, pauciflora, foliis anguftioribus; 2°. foliis glabris & villofis; 3°. ramofiffima; 4°. caule fimplici.

Folis vifcofis.

48. Jacobea vifcofa.

Caulis cubitalis, ramofus, pilis pinguibus onuftus. Folia Jacobeæ Vulgaris, fed majora, vifcida, pilis numerofis. Flores magni, radiati: radiis revolutis, brevibus; calyces hirfuti; fquamæ inferiores fere longitudine tubi calycis: omnes apice nigrefcentes.

Senecio vifcofus L. florebat julio in arvis Œconomiæ Labno, prope Grodnam. Lugdunea.

Obf. Planta aquofa, proprium fpargens odorem. Salinam fenfationem excitat cum refrigerio. Pinnulæ foliorum contortæ, profunde dentatæ; dentibus inæqualibus, pilofis: pili copiofe fundunt aquam mucilaginofam, glutinofam.

Foliis denticulatis.

49. Jacobea denticulata.

Caulis pedalis. Folia pinnatifida, laciniis latis, denticulatis. Flores corymbofi; radiis revolutis, linearibus.

Senecio filvaticus L. frequens in filvis, prope Grodnam: florebat junio: annua. Delphinalis.

Floribus fuaveolentibus.

50. Jacobea fuaveolens.

Caulis quatuorpedalis, rubefcens. Folia pinnatifida, laciniis linearibus, longiffimis, diftantibus, integerrimis & & dentatis, læte viridibus, glabris. Flores corymbofi, numerofi: corollis radiantibus, calyce longioribus, integris. Flores aromatici, fuaveolentes.

Florebat junio, in filvis prope Grodnam, juxta Niemen.

Obf. Nulla inter Linnæanas rigorofe congruit cum noftra: phrafis Senecionis fqualidi fola exprimit præcipua attributa hujus fpeciei.

Foliis lyrato-finuatis.

51. Jacobea finuata.

Caulis femipedalis, ramofus, villofus. Folia lyrato-finuata feu dentibus latis, integerrimis: pedunculi vifcidi: radii florum revoluti.

Florebat junio, prope Grodnam, in arvis: annua. Videtur Senecio Nebrodenfis Linnæi, nec repugnat figura citata Barrelieri, tab. 401.

Foliis incanis.

52. Jacobea incana.

Caulis villosus, simplex, quadriuncialis. Folia pinnatifida, albo-tomentosa; pinnulis contortis, dentato-serratis ex alis foliorum superiorum; pedunculi biflori: semiflosculi radii erecti; apices squamarum calycis sphacellati, nigri. Florebat in arvis, prope Grodnam, initio maii, annua: videtur Senecio incanus Linnæi, bene exprimit illam tabula Barrelieri 262: igitur est Jacobea alpina incana minor.

Folia integra.

Foliis serratis, ensiformibus.

53. Solidago Serratifolia.

Caulis simplex, quatuorpedalis, strictus. Folia longa, ensiformia, acute serrata; subtus subvillosa. Flores corymbosi, terminales, lutei, magni: semiflosculosi sexdecim. Senecio paludosus L. communis in omnibus locis paludosis, prope Grodnam, copiose Lososnæ. Florens augusto: perennis. Lugdunea.

Obs. Etiamsi apices squamarum calycis sint sphacellati, propter tamen faciem prorsus diversam Jacobeis, conservavimus huic speciei nomen J. Bauhini. Semiflosculi sunt patentes, planta vivente: sed viginti quatuor horis ab eradicatione, vere erant revoluti. Folia pagina superiore viridi-nigrescentia: serratulæ sunt inæquales, obliquæ, longæ. Caulis crassitudine digiti, basi violaceus, intus juxta totam longitudinem fistulosus. Latitudo foliorum diversa in variis speciminibus a 4 lineis ad 10.

IACOBEA ἀλπικοχαμαιϖοδώδης
incana .L.

P.166.N.52.



Caulis subflexuosus.

Foliis ovato - lanceolatis.

54. Solidago flexuosa.

Caulis erectus, quinquepedalis, angulosus, hirsutus, subflexuosus. Folia ovato-lanceolata, dentata. Flores mediocres, panniculati, congesti: panniculis alternis, erectis; calycis squamae multorum ordinum ad florem appressae: semiflosculi pauci, quinque ad decem: flosculi pauci & grandes.

Solidago virga aurea L. florebat augusto, communis in silvis, Grodnensis: perennis. Lugdunea.

O. s. Sunt plurimae varietates foliorum: inveniuntur serrata, & integerrima, ovata, lanceolata. Flores aromatici: suppeditant egregium medicamentum in anorexia, quando adest saburra pituitosa.

Calycibus squarrosis.

55. Conyza squarrosa.

Caulis tripedalis, ramosus. Folia mollia, hirsuta, subtus incana, ovato-lanceolata, rariter serrata. Flores corymbosi: pedunculi ramosi; calyx subcylindricus; foliolis patulis: in ambitu floris semiflosculi feminei; in disco flosculi campanulati, flavi. Semen sulcatum, elongatum, pappo simplici coronatum. Receptaculum nudum.

Conyza squarrosa L. silvatica, florens augusto: biennis. Rara, in silva Bobrowszczyzna, sex milliaribus a Grodno. Lugdunea, communis.

ANTHERÆ BASI IN SETAS DUAS DESINENTES.

Flore maximo, caule sexpedali.

56. Helenium grandiflorum.

Caulis sexpedalis, firmus, erectus, ramosus. Folia maxima, ovato-lanceolata, amplexicaulia, serrata, rugosa, subtus tomentosa, ima petiolata. Flos maximus; squamæ calycis latissimæ, ovatæ, reflexæ: semiflosculi longi, angusti, flavi. Antheræ basi in setas duas desinentes.

Inula Helenium L. prope Grodnam; florebat julio, juxta amnem Niemen: perennis. Crederem advenam.

Obs. Radix aromatica, præstans contra vermes, tussim catarrhalem, scabiem, anorexiam: varietatem singularem inveni, in loco dicto Losósna, florentem augusto, caule vix pedali, superius tomentoso, flore vix diametri pollicis, foliis rotundioribus.

Folia amplexicaulia.

Caule prostrato.

57. Inula prostrata.

Caulis ramosissimus, cubitalis, flexuosus, prostratus. Folia lanceolata, amplexicaulia, undulata, hirsuta. Flores globosi, flavi, numerosi; calycis squamæ tomentosæ, densissimæ: semiflosculi breves, flosculi numerosi; pauci pili pappum seminis formantes.

Inula pulicaria L. communis in arvis, prope Grodnam, annua: florens augusto.

Obs. Raro inter nostras hæc species acquirit altitudinem

cubitalem; pleraque specimina vix sunt pedalia; inveni vix palmaria; uniflora: flores viridi-lutescentes, radiis brevissimis.

Huc venit specimen prorsus singulare, caule vix bipollicari, foliis confertis, linearibus, undulatis, villosis: flos unus, magnus relative ad plantam, terminat caulem.

Caule lanuginoso.

58. Inula lanuginosa.

Caulis cubitalis, superne ramosus, ampliatus, lanuginosus. Folia amplexicaulia; oblonga, integerrima, hirsuta. Calyces laxi, terminales, hirsuti: flores corymbosi, magni, lutei.

Inula Oculus Christi L. inveni prope Grodnam, in silvis, juxta Niemen: florebat augusto, perennis. Delphinalis.

Obs. Huc venit specimen caule flexuoso, inclinato, unifloro, in posterum uberius illustrandum.

Foliis lanceolatis serratis.

59. Inula serrata.

Caulis ramosus, villosus, erectus, bipedalis. Folia subamplexicaulia, lanceolata, distincta, serrata, subtus villosa, angusta. Flores plurimi; semiflosculi radii angustissimi.

Inula Britannica L. inveni circa Grodnam, in silva Bobrowszczyzna: florebat julio. Lugdunea.

Foliis cordatis.

60. Inula cordato folio.

Caulis lanuginosus, ramosus, totus foliis tectus, cubitalis. Folia amplexicaulia, cordato-oblonga, undulata, subtus

tomentosa. Flores flavi, numerosi, mediocres, subumbellati; squamæ calycis angustæ, villosæ, marginibus coloratis : semiflosculi numerosissimi; flosculi innumeri; pappi feminum rari.

Inula dysenterica L. communis in pratis silvarum humidis, Grodnensis : florens augusto, perennis. Lugdunea.

Folia sessilia.

Foliis hirtis.

61. Inula hirta.

Caulis erectus, teres, ramosus, hirsutus. Folia ovato-lanceolata, venosa, scabra, recurvata, hirsuta, sessilia. Flores terminantes magni; calycis squamæ foliaceæ, rectæ, ciliatæ : semiflosculi numerosissimi, angusti, flavi, extus purpur .

Inula hirta L. sat frequens in silvis, prope Grodnam, juxta Niemen. Florens augusto, perennis.

Obs. Perfecta planta multiflora, sed flores inferiores centrali altiores. Initio augusti inveniuntur specimina, caule unifloro : sed postea evolvuntur flores inferiores.

Foliis glabris.


62. Inula glabra.

Habitus præcedentis. Caulis angulosus, ramosus. Folia glabra, lanceolata, recurva, nitentia : marginibus ciliatis. Calycis squamæ leves.

Inula salicina L. frequens in fruticetis prope Grodnam, Lososnæ & alibi, florens julio, perennis. Lugdunea.


ASTER ἀλπικαδενδρίζων & ἀνθομήλινος

P. 170. N. 62.



Inula salicina L.

ASTER CONIZOIDES ἀλπικοβιώδης



Inula hirta. L.

Floribus fasciculatis.

63. Inula fasciculata.

Habitus salicinæ. Folia sessilia, lanceolata, recurva, scabra: rami multiflori. Flores quasi fasciculati, seu conferti in corymbum ad apicem caulis, calyces longiores, laxi.

Inula Germanica L. passim invenitur circa Grodnam, in silvis juxta Niemen, florens septembri, perennis. Delphinalis.

Obs. Specimina nostra pedalia rigorose congruunt cum specimine Linnæano: attamen omnibus rite pensitatis, non sufficienter nobis apparet distincta species.

Obs. 2. Genus inularum mihi videtur valde obscurum: species quas proposuimus sunt tutæ, quia rigorose congruunt cum descriptionibus & figuris; præterea sedulo fuerunt collatæ cum speciminibus a clar. Gouano determinatis, sed nobis supersunt adhuc specimina Lithuanica quæ salientibus attributis ab omnibus jam allegatis differunt; igitur illa omittere debemus, usquequo cum figuris & descriptionibus fusioribus proponere poterimus.

Foliis nervosis.

64. Arnica plantaginis folio.

Caulis cubitalis, simplex. Folia radicalia ovato-lanceolata, nervosa: duo tantum caulina opposita in parte superiori caulis. Flores pauci, duo aut tres, terminantes, flavi, magni, biunciales: calycis foliola ovato-lanceolata; semen hirsutum, pappo coronatum; corollulæ radii filamentis quinque, absque antheris.

Arnica montana, L. communis prope Grodnam, in silvis: florebat junio & julio: perennis. Lugdunea, montana.

Obs. Plurimæ inveniuntur varietates: vidi specimina foliis angustioribus, caule unifloro vix pedali, alia caule tripedali foliis majoribus: in his præter folia duo superiora

amplexicaulia; duo alia observantur radicalibus similia; tribus pollicibus super radicem; tunc duo tantum radicalia inveniuntur: numerus florum etiam diversus, plerumque tres intermedio breviori, sed aliquando quatuor & quinque. In omnibus odor florum aromaticus, graveolens; folia & radices specialem acredinem possident. Nunquam satis laudanda in febribus putridis remittentibus, in nonnullis dysenteriis; pulvis foliorum egregium sternutatorium: de quibus omnibus videre est egregias & utilissimas observationes clar. Collini, optimi Practici Vondibonensis, de quarum fide, plurimis vicibus in nosocomio nostro observationibus peractis, convicti fuimus.

Foliis unctuosis.

65. Cineraria unctuosa.

Caulis cubitalis, villosus. Folia inferiora lanceolata, serrato-sinuata; superiora dentato-sinuata aut integra, amplexicaulia, caulem tegentia undique usque ad flores, qui sunt corymbosi. Calyx simplex polyphillus, æqualis: flos luteus; receptaculum nudum.

Cineraria palustris L. olim Othonna palustris: florebat maio, in aquosis, prope Grodnam, communis, perennis.

Obs. Radix subtuberosa, intus cava, innumeras radiculas albas producens. Caulis crassus, fistulosus: fistula lanugine obducta, post evolutos primos flores plurimum crescens. Folia radicalia octo pollicum longa, sinubus undulatis, villosa, pinguia; caulina hispida, pinguia, sinuata & integerrima. Semiflosculi circiter viginti, integri & tridentati; odor florum aromaticus, sapor proprius, non ingratus. Planta neglecta a practicis; utile tamen adjuvans pro curatione rheumatismi.

Seminibus cymbiformibus muricatis.

66. Caltha graveolens.

Caulis ramofus, pedalis. Folia cordato-lanceolata, amplexicaulia, fubdentata. Flores mediocres, graveolentes: calycis fquamæ duorum ordinum longæ, anguftæ, æquales: femiflofculi & flofculi concolores, lutei: femina cymbiformia, muricata, incurva; extimis erectis, protenfis.

Calendula arvenfis. Sponte crefcentem inveni in arvis, prope Grodnam; videtur advena: florebat julio, annua. Lugdunea.

Obf. Infufio florum emmenagoga, fudorifera, præftans in vertigine, herpete, ophthalmia.

Foliis bipinnatis.

67. Buphthalmum bipinnatum.

Caulis cubitalis, ramofus, durus. Folia bipinnata, ferratodentata, fubtus tomentofa. Flores corymbofi, terminantes, magni, lutei; calycis fquamæ denfæ, imbricatæ, fubhirfutæ: fquamæ inter flofculos ariftatæ; femina fub femiflofculis curvata, fulcata, quafi alata; fub flofculis quadrangula: omnia nuda.

Anthemis tinctoria L. Florebat junio: communis in arvis, prope Grodnam: perennis.

Obf. Flores fragrantes, balfami odoris, in tuffi Catarrhali præftantes: folia lanam colore flavo pulchro tingunt.

FLOSCULI ET SEMIFLOSCULI DISCOLORES.

Folia integra.

Caule aphyllo.

68. Bellis fcapofa.

Folia plurima radicalia, ex petiolo foliofo, ovata, crenata, fubhirfuta. Scapus nudus, uniflorus, vix pal-

maris. Calyx ex duplici ordine ſquamarum ovato-lanceolatarum : ſemiſloſculi quadraginta albi ; floſculi lutei. Semina elongata, emarginata, brevibus raris pilis ornata.

Bellis perennis L. paſſim ſponte circa hortos ruſticorum creſcit ; floret maio ; non mihi videtur vere indigena : nunquam obſervavi in paſcuis : perennis. Lugdunea, communis.

SEMIFLOSCULI CÆRULEI.

Foliis trinerviis.

69. Aſter trinervius.

Caulis bipedalis, erectus, hirſutus, ramoſus. Folia ima petiolata ; caulina ſeſſilia, lanceolata, trinervia, ſicca, ſcabra, ciliata. Calycis ſquamæ ovatæ, obtuſæ, ciliatæ ; flores ſubumbellati : pedunculi uniflori, ſemifloſculi cærulei, numeroſi.

Aſter amellus L. communis in arvis, prope Grodnam, florens julio, perennis. Lugdunea.

Foliis ſucculentis.

70. Aſter ſucculentus.

Folia lanceolata, integerrima, ſucculenta, glabra. Caulis ramoſus, ramis inæqualibus. Flores corymboſi : ſemifloſculi cærulei.

Aſter Tripolium L. ſpontanea in littoribus maris Baltici : perennis.

SEMIFLOSCULI CARNEI.

Floribus ſubumbellatis.

71. Erigeron umbellatum.

Caulis pedalis, hirtus, ſubaſper, ramoſus : ramis alternis. Folia anguſta, lanceolata, mollia, ſubhirſuta, ciliata.

Pedunculi uniflori, axillares, longi : flores mediocres; calycis squamæ villosæ, angustæ : semiflosculi ad quadraginta, carnei, filiformes ; flosculi lutei : semina papposa, pappo longo.

Erigeron acre L. communis in arvis arenosis, prope Grodnam, florens julio, augusto : annua. Lugdunea.

Floribus panniculatis.

72. Erigeron panniculatum.

Caulis erectus, hirtus, ramosissimus. Folia linearia, numerosissima, ciliata, subhirsuta, pallida. Flores parvi, racemoso-panniculati : racemis elongatis, axillaribus; calyx cylindricus, subhirsutus : semiflosculi filiformes, pallide carnei, numerosi : flosculi lutei, minimi, quadrifidi.

Erigeron Canadense L. communis in arvis, ubique prope Grodnam, floret a julio ad finem autumni, annua : Lugdunea. Flosculi calyces masticati, ætheris sensationem excitant. Horum infusio utilis in anorexia.

DISCO PROPTER STILOS FUSCO.

Foliis lineari-lanceolatis.

73. Ptarmica integrifolia.

Caulis cubitalis, ramosus, firmus, erectus. Folia lanceolata, angusta, serrata : dentibus minimis, firma, acria. Flores parvi, umbellati, umbella laxa : flosculi & semiflosculi albi; stili fusci; calyces hirsuti.

Achillea ptarmica L. in omnibus silvis, prope Grodnam, communis, florens augusto, perennis. Lugdunea.

Obs. Herba acris, inodora. Masticata fluxum salivæ adauget. Pulverem, qui sternutatorius est, sæpe cum fausto effectu præscripsimus contra dolores dentium & coryzam.

FOLIA BIPINNATA.

Flosculis luteis, semiflosculis albis, ovatis.

Foliis subhirsutis.

74. Achillea subhirsuta.

Caulis pedalis, erectus, sulcatus. Folia subhirsuta, firma, bipinnata : pinnulis brevibus, linearibus, dentatis, numerosis. Flores umbellati, parvi; calyces hemisphærici, squamis imbricatis, margine fusco : semiflosculi ovati, lati, albi, quatuor aut quinque : flosculi lutei, minimi.

Achillea millefolium L. communis ubique juxta vias, florens junio, julio, augusto, perennis, Grodnensis. Lugdunea.

Obs. Flores triti fragrantem odorem spargunt ; utiles invenimus in spasmis, hypochondriasi, anorexia.

In campis nostris Grodnensibus frequens est varietas, caule palmari, semiflosculis rubris.

Foliis tomentosis.

75. Achillea camphorata.

Caulis tripedalis, tomentosus. Folia bipinnata, tomentosa; pinnæ raræ, decem, pinnulæ pinnatifidæ ; laciniis decem obtusis. Calyces lanuginosi : semiflosculi albi, sicut flosculi, sed stili flavi, umbellæ densæ, semiflosculi reflexi. Odor penetrantior, camphoratus.

Achillea nobilis L. frequens inter rudera urbis Grodnensis, florens junio : perennis. Delphinalis.

Obs. Præstantior præcedenti in iisdem morbis : phthisicum, qui sputa purulenta exscreabat, evidenter sublevavit.

DISCOLORES,

DISCOLORES, FLOSCULIS LUTEIS. SEMIFLOSCULIS ALBIS, ANGUSTIS.

Folia amplexicaulia.

Foliis laciniatis.

76. Chryſanthemum laciniatum.

Caulis pedalis. Folia inferna cuneiformia ; folia caulina amplexicaulia, ſuperne oblonga, laciniata, inferne dentato-ſerrata. Flores terminantes ; ſemifloſculi & floſculi lutei.

Chryſanthemum Segetum L. rara, circa Grodnam inveni inter ſegetes ; florebat junio : annua.

Obſ. Cum paſſim obſervavi ſemifloſculis albis, maneat cum ſequenti ſui generis, etiamſi pleraque ſpecimina exhibeant ſemifloſculos concolores luteos.

Foliis dentatis.

77. Chryſanthemum dentatum.

Caulis erectus, cubitalis, ramoſus. Folia radicalia petiolata, obovata, obtuſa, crenata : caulina ſeſſilia, amplexicaulia, dentata. Flores magni, terminantes ramos, ſubumbellati ; calycis ſquamæ lanceolatæ, marginibus fuſcis : ſemifloſculi albi, numeroſi ; floſculi lutei ; ſemina ſulcata.

Chryſanthemum leucanthemum L. communis in omnibus ſilvis, prope Grodnam : florebat junio, perennis. Lugdunea.

Obſ. Plurimæ ſunt varietates quoad magnitudinem & fiſſuras

foliorum : inveni ſpecimina circa Grodnam, vix palmaria, uniflora, foliis vix dentatis : huc venit ſpecimen foliis ſucculentis dentatis, caule unifloro, calyce chryſanthemi, cujus flores non vidi : obſervavi in monticulis, prope Grodnam.

FOLIA BIPINNATA.

Receptaculum nudum.

Pinnulis latis.

78. Matricaria latifolia.

Caulis bipedalis, erectus, ramoſus. Folia pinnata : pinnis ſemipinnatis ; lacinulis ovatis, latis, obtuſis. Flores umbellati, ſuaveolentes ; pedunculi ramoſi ; calycis ſquamæ oblongæ, marginibus ſiccis ; ſemifloſculi albi, floſculi lutei : ſemina nuda.

Matricaria parthenium L. paſſim ſpontanea invenitur, etiamſi advena : floret circa Grodnam julio, auguſto : perennis. Lugdunea.

Obſ. Flores ſuaveolentes, præſtantes in anorexia, chloroſi, hyſteria, hemicrania, torminibus ventris a flatu.

Pinnulæ lineares.

Semifloſculis patentibus.

79. Camomilla patens.

Caulis bipedalis, ramoſus. Folia plana, bipinnata : pinnis & pinnulis capillaribus. Calyces plani : ſquamæ virentes, margine fuſco. Receptaculum conicum, elongatum ; ſemifloſculi albi, patentes ; ſemina nuda.

Matricaria camomilla L. communis inter ſegetes, Grodnenſis, florens junio : annua. Lugdunea.

Obſ. Amara, aromatica ; utilis contra colicas ſpaſmodicas.

Semiflosculis deflexis.

80. Camomilla deflexa.

Facies præcedentis; caulis erectus, pedalis, ramosus. Folia bipinnata: pinnulis tenuissimis. Flores terminantes ramos, suaveolentes: receptaculum conicum: semiflosculi albi, subtus deflexi; calycis squamæ margine æquales: semina nuda, albicantia.

Matricaria suaveolens L. communis juxta vias prope Grodnam, florens junio: annua, Delphinalis. Flores spirant gratissimum & proprium odorem; in febribus intermittentibus, illorum infusio utile adjuvans suppeditat.

Floribus inodoris.

81. Camomilla inodora.

Caulis pedalis, ramosus, diffusus. Folia pinnato-decomposita: laciniis linearibus, obscure virentibus; radii florum patentes. Semina coronato-marginata. Squamæ calycinæ margine exoletæ seu inæquales, fuscæ. Receptaculum semiglobosum, non conicum. Flores magni, inodori.

Matricaria inodora L. frequens in arvis & juxta vias prope Grodnam, florens augusto: annua.

Receptaculum paleaceum.

Floribus odoratis.

82. Anthemis odorata.

Caules pedales, procumbentes, ramosi. Folia subvillosa, subincana, plana, pinnata, nervo duro: pinnis pinnatis, pinnulis lanceolatis, incisis. Flores terminantes ramos, suaveolentes; pedunculi hirsuti; calyces viridi-

albicantes : femiflofculi albi, dentati : femen ovato-conicum, nudum.

Anthemis nobilis L. advena : paffim reperitur fponte crefcens in hortis derelictis, prope Grodnam ; floret julio, perennis.

Floribus inodoris.

83. Anthemis inodora.

Habitus præcedentis. Caulis ruber, cubitalis. Folia craffiora, majora : pinnulis ariftatis, nervis mollioribus ; receptaculum conicum : fquamæ inter flofculos lanceolato-fetaceæ : femina levia, corona ornata : odor florum nullus.

Anthemis Arvenfis L. communis in arvis, prope Grodnam ; florens julio, biennis. Lugdunea.

Floribus fœtidis.

84. Anthemis fœtida.

Habitus præcedentis. Folia amara, latiora, glabra : pinnis lanceolatis, extrema trifida ; fquamæ calycis anguftiores. Floris receptaculum valde convexum : fquamæ inter flofculos fetaceæ ; femina non coronata, fpinulis afpera. Flores fœtidi.

Anthemis cotula L. communis inter rudera, prope Grodnam ; florens augufto : annua. Lugdunea.

Obf. Herba amara ; in hyfteria & fcrophulis utiliffimum adjuvans.

COROLLÆ UNIPETALÆ.

FLORIBUS COMPOSITIS.

FASCICULUS III.

Corollis omnibus ligulatis.

Sunt semiflosculosæ Tournefortii, cichoraceæ Vaillantii, planipetalæ Boerhaavii: in his corollulæ primo fistulares explanantur; stamina quinque antheris coalita, vaginam pistillo suppeditant. Omnes fère plantæ hujus fasciculi ex fractis partibus succum album fundunt, aliquando dulcem, plerumque tamen amarum. Folia alterna, flores flavi in omnibus nostris præter cichorium : plantæ medicamentosæ, quæ sunt amaræ; dulces nutritivæ.

RECEPTACULUM SQUAMOSUM.

SEMINIBUS SUBNUDIS.

Floribus geminis sessilibus.

85. Cichorium Cæruleum.

Radix fusiformis. Caulis tripedalis, subprocumbens. Folia radicalia majora; omnia semipinnata : pinnulis triangularibus, extrema majori. Flores sessiles, sæpe bini, cyanei : calyx duplex, exterior quinquephyllus, inte-

rior octophyllus. Semina basi caudata, coronata quinque dentibus; corollæ viginti quinque.

Cichorium intybus L. Ubique juxta vias, Grodnensis, florens junio: perennis. Lugdunea.

Obs. Sat frequens est varietas flore albo; planta amara; in obstructionibus, hypochondriasi, rheumatismo, scabie radix & folia præscribuntur sub forma decocti. Passim inveni fasciculatum seu fasciatum caulem, ad latitudinem duorum pollicum, planum, foliis difformatis, crispis: monstrum singulare.

SEMINIBUS PAPPOSIS.

Caule subnudo.

Foliis integris.

86. Hypochæris grandiflora.

Radix lignosa, reliquiis foliorum coronata. Caulis pedalis, hirsutus, plerumque simplex, uniflorus. Folia radicalia plurima, ovato-oblonga, dentata, hirsuta; caulina rara, unum aut alterum. Flos luteus, amplissimus, plenissimus: calyx hieracii plurimis foliolis imbricatis, nigricantibus. Squamæ placentæ longæ, caudatæ; setæ pappi seminum ramosæ.

Hypochæris maculata L. frequens in silvis prope Grodnam, Grandzicze & alibi. Florens augusto. Delphina is.


Foliis pinnatifidis, sinuatis.

87. Hypochæris runcinata.

Radix alba, crassa, longa. Caulis ramosus, nudus, levis. Folia semipinnata, aspera, sinuata; pinnulæ rectæ, ultimis confluentibus; omnibus modice dentatis. Calyx

HIERACIVM πλατύανθον

P.182.N.87.



Hypochæris radicata. L.

niger, pilosus, foliolis marginibus albescentibus: flos flavus, plenissimus, extus purpurascens; placentae squamae albae, caudatae. Semina longa, lineata; pappi setae longae.
Hypochaeris radicata L. passim in silvis juxta Niemen, floret augusto: annua. Delphinalis.

RECEPTACULUM NUDUM.
SEMINIBUS PLUMOSIS.
Calyce simplici.

Foliis gramineis, vaginantibus.
88. Tragopogon carinatum.

Radix longa, fusiformis, annulis distincta. Caulis gramineus, cubitalis, brachiatus. Folia vaginantia, graminea, carinata, undulata, nervo lanuginoso. Flos flavus, magnus: calyx ventricosus, cujus segmenta octo, longa, acuta, plerumque corollam superantia; placenta foveolis notata. Semen maximum, sulcatum, rugosum.
Tragopogon pratense L. communis in pratis prope Grodnam, florens maio: biennis. Lugdunea. Succus radicis & foliorum saccharatus. Planta nutriens.

SEMINIBUS PLUMOSIS.
Calyce calyculato.

Foliis amplexicaulibus integris.
89. Picris aspera.

Caulis cubitalis, ramosus, foliosus; ramis multifloris pene nudis. Folia ima petiolata, longe lanceolata, dentata,

vel integra ; caulina amplexicaulia : omnia hirſuta. Pedunculi multiflori , nudi. Flores magni , lutei : calyx exterior foliolis duodecim brevioribus , linearibus , interiore dimidio brevioribus ; interior foliolis totidem hiſpidis pene conglutinatis. Pappus plumoſus ; ſemen ſulcatum : tota planta hiſpida.

Picris hieracioides L. paſſim in arvis prope Grodnam : florens julio : perennis. Lugdunea, communis.

Calyce imbricato, ſquamis laxis.


Foliis runcinatis.

90. Leontodon runcinatum.

Folia radicalia plurima , ſemipinnata : pinnis triangularibus , retro flexis , extrema ampliſſima. Scapi plerumque plurimi , cavi , uniflori ; flos magnus , luteus : corollæ luteæ ; calyx glaber , ſquamoſus , ſquamis inferioribus flexis. Semen ovato-acuminatum , echinatum. Stipes pappoſus matureſcentibus feminibus. Omnia foliola calycis invertuntur : tunc placenta alba , convexa , foraminibus minimis excavata. Stamina vix diſtinguenda oculo nudo.


Leontodon taraxacum L. communis ubique in pratis & paſcuis , prope Grodnam ; floret a fine martii ad ſeptembrem : biennis. Lugdunea.

Obſ. Ex una radice , modo ſcapus unus , modo plures ad decem , villoſi , colorati : altitudo ſcapi aliquando pedalis & vix biuncialis. Laciniæ foliorum modo dentatæ , modo integerrimæ. Inveniuntur ſpecimina foliis latiſſimis & anguſtiſſimis. Planta lacteſcens & amaricans , in anorexia , hypochondriaſi , ictero , ſcorbuto , obſtructionibus pretioſa.


HIERACIUM AL. πολυκαυλορρέπες
P.185. N.91.
Leon=todon hys=pidum. L.

HIERACIVM ALP. χαμαιλασιοζαχύφυλλον

P. 185. N. 91.



Leontodon hirtum. L.

SCORSONERA ὀρεοστενοφυλλόπτυχος
humilis. L. P. 185. N. 93.



Foliis angustis hirsutis.

91. Leontodon hispidum.

Caulis pedalis uniflorus. Folia radicalia sicca, aspera, pilis ad lentem vitream breviter bifurcatis, dentata dentibus triangularibus, ultimo triangulari majori. Calyx hispidus, fuscus: flos magnus. Seminis stipes papposus.

Leontodon hispidum L. Communis in pratis & pascuis, prope Grodnam, florens junio: biennis, Lugdunea.

Foliis variis glabris.

92. Leontodon glabrum.

Plurimi caules ramosi, ramis unifloris. Folia radicalia glabra, varia, aut pinnata aut semipinnata: pinnulis variæ figuræ, integris, longis; aut integra, aut dentata. Calyx lividus, glaber: flos flavus. Semina columnaria. Pappus sessilis juxta Hallerum; substipitatus, plumosus, juxta Linnæum.

Leontodon autumnale L. Communis in pascuis juxta vias, florens septembri: perennis, Lugdunea.

Calycibus imbricatis margine scarioso.

Foliis nervosis.

93. Scorzonera nervosa.

Radix maxima lignosa, annulata. Folia radicalia longa, glabra, lato-lanceolata, nervosa, plana. Caulis erectus, nudus, pedalis. Stipulæ breves. Flos unus, pallide luteus, magnus: calycis folia trium quatuorve ordinum, interiora longiora, margine alba; corollæ lineatæ: semina sulcata, pappo plumoso, sessili, coronata.

Scorzonera humilis L. Communis in pascuis & pratis, circa Grodnam, florens; perennis. Lugdunea, montana.

Obs. Latitudo foliorum diversa in variis speciminibus: inveni foliis angustissimis.

SEMINA PILOSA.

Calycibus calyculatis, squamis difformibus.

Foliis runcinatis, pinnatis & integris.

94. Crepis polymorpha.

Caulis erectus, ramosus, bipedalis, brachiatus. Folia radicalia serrata, caulina pinnata; pinnis angustis, alternis majoribus, extrema maxima. In summo & pene nudo cauli, plurimi flores umbellati, exigui: semiflosculi facie externa purpurei; calycis squamæ pilis nigris asperfæ. Semina longa, tenuia.

Crepis tectorum L. Florens junio; in silvis & arvis: perennis, Lugdunea.

Obs. Polymorpha dicitur propter varias formas, quas exhibet. Folia præsertim prorsus diversa sunt in variis locis, modo vix laciniata, modo pinnatifida, laciniis latioribus, aut angustissimis.

Foliis omnibus lyrato-pinnatis.

95. Crepis muricata.

Radix longe conica. Caulis sulcatus, inferne hirsutus, superne levis, ramosus, ramis longis paucis; foliis altissimus. Folia radicalia plurima, brevi & albo villo hirta, longe petiolata, varia, alia ovato-dentata, alia pinnatifida, pinnula extrema maxima: folia ad divisiones caulis semipinnata, basi angusta, suprema lanceolata. Duæ bracteæ florales: calyx sulcatus, hirsutus seu muricatus, aculeis mollibus. Foliola ovata, ad basim brevia, interiora lanceolata, marginibus albis. Flos plenus, flavus, extus purpurascens: semina sulcata, flava; pappo sessili.

Crepis biennis L. in pafcuis & pratis, fat frequens circa Grodnam, florens julio, augufto: biennis, Lugdunea.

Calycibus calyculatis multifloris.

Foliis pinnatifidis & linearibus.

96. Chondrilla vifcofa.

Folia radicalia cito pereuntia, femipinnata; nervo foliofo, acute dentato, fine lanceolato; pinnularum dentes recti, etiam retroflexi. Caules duri, bafi hirti, fuperne leves, ramofi. Folia caulina inferiora, radicalibus fimilia, fed anguftiora: reliqua linearia. Flores breviter petiolati, exigui. Calyx tubulofus, cujus pars major facta longis foliolis, in juniori planta conglutinatis, in adulta difcedentibus; ad bafim calycis foliola brevia, lanceolata. Semen afperum, ftipitatum: pappus fimplex.
Chondrilla juncea L. paffim in arvis arenofis, prope Grodnam, florens julio: perennis. Lugdunea.

Calycibus calyculatis fubquinfloris.

Foliis runcinatis levibus.

97. Prenanthes parviflora.

Caulis tripedalis, ramofus. Folia inferiora pinnata, nervo ferrato, uno fere pinnarum pari, extremo folii lobo ampliffimo, triangulari, trilobato, circum ferrato; folia caulina amplexicaulia, longe lanceolata. Flores exigui, penduli, nudos ramos terminantes; calyx cylindricus: foliola quinque, intus fquamæ quatuor ad bafim foliolorum; corollæ quinque luteæ. Semen ovato-acuminatum, lineatum, nigrum; ftipes pappiger, evidens.
Prenanthes muralis L. paffim in filvis prope Grodnam, juxta Niemen, florens julio: perennis. Lugdunea.

PAPPUS PILOSUS, STIPATUS.

Calycibus imbricatis, margine ſcarioſo.

Foliis anguſtiſſimis.

98. Lactuca anguſtifolia.

Caulis cubitalis, ramoſus & foliofus, glaucus. Folia inferiora lineari-dentato-pinnata, laciniis furſum dentatis, caulina amplexicaulia, longe lanceolata, nervo aculeato, glauco. Flores ſpicati, parvi: calyx longus, cylindricus; imbricatis foliolis: corollæ luteo-pallidæ. Semina acuta ſtipite corona ſetarum ſimplicium mollium terminato.

Lactuca ſaligna L. ſat frequens prope Grodnam, in agris, florens auguſto. Lugdunea, montana.

Foliis latioribus.

99. Lactuca latifolia.

Caulis tripedalis, ramoſus, ſpinoſus. Folia dura, amplexicaulia, ſemipinnata: pinnulis ſerratis, nervo ſpinoſo; ſuperiora brevia, lanceolata. Calyx viſcidus: ſemifloſculi pauci, pallentes.


Lactuca ſcariola L. frequens in arvis, prope Grodnam, florens auguſto: annua. Lugdunea.

Obſ. Vix nobis videtur diſtincta ſpecies lactuca Viroſa Linnæi; in variis noſtris ſpeciminibus invenimus folia horizontalia & verticalia: cæterum planta viroſa, plurimum promittit practicis contra hydropem, juxta obſervationes clar. Collini.


11-5-84

HIERACIVM P. 189. N. 101.

ϖολυγόνατον
sabaudum. L.



CICHORIVM ϖλατύκαυλον
intibus. L. **P. 181. N. 85.**



PAPPUS PILOSUS, SESSILIS.

CALYCIBUS IMBRICATIS, OVATIS.

CAULE FOLIOSO.

Floribus umbellatis.

Foliis linearibus.

100. Hieracium umbellatum.

Caulis rectus, firmus, tripedalis. Folia caulina remota, firma, glabra, subdentata, angusta. Flores terminantes, umbellati : pedunculi longi ; calyx lividus : flos flavus. Semen nigrum, sulcatum, oblongum : placenta foveolis profundis.

Hieracium umbellatum L. communis in silvis, prope Grodnam, florens augusto : perennis. Lugdunea.

Caule multifloro.

Foliis latis.

101. Hieracium multiflorum.

Caulis hispidus, erectus, quinquepedalis. Folia inferiora longa, ovato-lanceolata, acuminata, hirsuta, dura ; caulina similia, numerosissima ; superiora breviora, amplexicaulia, dentata, aut integra. Flores numerosi, pedunculis villosis ; Bracteæ lineari-lanceolatæ ad basim pedunculorum ; calyx hirsutus aut glaber : flos parvus ; placenta foveolis excavata : semen elongatum, nigrum, quatuor plana exhibens.

Hieracium sabaudum L. communis in silvis, prope Grodnam, florens julio : perennis. Lugdunea.

Floribus panniculatis.

Foliis amplexicaulibus.

102. Hieracium panniculatum.

Radix ex trunco brevi plurimas tenues radiculas emittit. Caulis bifurcalis, glaber, panniculatus. Folia inferiora petiolata, petiolo lato, dentato; dentata, dentibus magnis; caulina amplexicaulia, ovato-lanceolata, dentata, dentibus ferratis. Pedunculi fimplices & ramofi; calyces hirfuti pilis nigris: flores parvi. Semen elongatum, fulcatum.

Hieracium paludofum L. frequens in omnibus pratis uliginofis, prope Grodnam, Lofofnæ: perennis. Lugdunea, montana.

Obf. Huc deberet venire Hieracium Cerinthoides nominatum in Chloride Grodnenfi, quod folia caulina oblonga, femiamplexicaulia offert; fed omittimus, ut pote nondum rigorofe demonftratum, & ulterius illuftrandum.

Caule fubnudo.

103. Hieracium fubnudum.

Caulis bipedalis. Folia radicalia petiolata, ovato-lanceolata, bafi dentata, caulina pauca, rara. Flores terminantes ramos nudos, longos, raram & paucifloram umbellam faciunt; mediocres lutei; calyx nigr cans, hifpidus: femina nigra, elongata, fulcata: placenta foveolis excavata.

Hieracium murorum L. communis ubique in filvis, florens junio: perennis. Lugdunea.

Obf. Apud nos varietas foliis maculatis rariffima. Frequentior varietas foliis laciniatis, nec rara foliis pilofiffimis, integerrimis, aut dentatis.


HIERACIVM μακρόρειον P. 190. N. 102.

amplexicaule L.



HIERACIVM χαμαισκιαδιοφόρον

Cymosum. L. P.191.N.105.



Caule ſcapoſo ſeu nudo, multifloro.

Floribus ſpicatis.

104. Hieracium ſpicatum.

Caulis bipedalis, hirſutus, rectus, aphyllus, ſimplex. Folia omnia radicalia, ovata, mollia, brevibus pilis hirſuta, petiolata; in ſummo caulis racemus florum; circiter 20 pedunculi ſimplices & ramoſi; ſtipulæ villoſæ, ad baſim pedunculi cujuſque: flores parvi, lutei; calyces glabri, elongati: ſquamæ minores ad baſim majorum.

Hieracium præmorſum L. paſſim in ſilvis prope Grodnam, juxta Niemen, florens julio: perennis. Delphinalis.

Obſ. In iſta ſpecie radix eſt truncata, ſicut in ſcabioſa ſucciſa: unde præmorſa dicitur: cæterum amara, ſicut pleræque hujus familiæ.

Floribus ſubumbellatis, parvis.

105. Hieracium cimoſum.

Caulis ſimplex, bipedalis, hirſutus. Folia radicalia hirſuta, lanceolata, parva, erecta, obtuſa, caulina pauca, duo aut tria, ſæpe unum tantum. Flores ſubumbellati terminant caulem; pedunculi ramoſi, hirſuti: flores parvi, lutei; calyces hirſuti.

Hieracium cimoſum L. communis ubique in pratis, prope Grodnam: florens julio: perennis. Delphinalis.

Stolonibus reptantibus.

Foliis anguſtis.

106. Hieracium ſtoloni anguſtifolium.

Caulis levis, repens, nudus, multiflorus; ſtolones reptantes. Folia anguſta, acuta, glabra, paucis pilis longis

ornata. Pedunculi ramosi, hirsuti : flores parvi; calyces hirsuti, nigri : placenta foveolis excavata.

Hieracium auricula L. in pascuis, prope Grodnam Poniemun, florens julio, perennis. Lugdunea.

Foliis latioribus.

107. Hieracium stoloni latifolium.

Caulis pedalis. Folia integerrima, ovato-lanceolata, pilis longis. Quinque aut sex flores umbellati terminant caulem. Stolones repentes. Calyx hirsutus : flores coloris sulphuris; pedunculi simplices.

Hieracium dubium L. passim in sterilibus, juxta Niemen, florens julio : perennis. Delphinalis.

Scapo nudo, unifloro.

Caule repente sterili.

108. Hieracium repens uniflorum.

Caulis erectus, nudus, uniflorus; stolones reptantes. Folia petiolata, ovata, longis pilis vestita, subtus albescentia, tomentosa. Flos magnus, sulphureus; calyx niger, hispidus.

Hieracium pilosella L. communis ubique in pascuis, prope Grodnam; florens a primo vere ad finem æstatis : perennis, Lugdunea.


Calycibus imbricatis, gibbis.

Caule sexpedali.

109. Sonchus sexpedalis.

Caulis sexpedalis, ramosissimus. Folia pinnato-hastata, apiceque hastata, aspera. Pedunculi & calyces hispidi : flores congesti, subumbellati.

Sonchus



Sonchus oleraceus. L. v. Lævis angustifolius.



Sonchus oleraceus. L. v. Latifolius.

Sonchus paluſtris L. frequens in pratis paludoſis, prope Grodnam, Loſoſnæ, florens auguſto : perennis. Lugdunea.

Calycibus hiſpidis.

110. Sonchus hiſpidus.

Caulis fiſtuloſus, tener, fragilis, ſuperne hirſutus, brachiatus, tripedalis. Folia amplexicaulia, firma, nervis albis : præcipuo nervo lato, foliaceo, acute ſerrato & quaſi ſpinoſo-cæruleo ; varia : alias ſagittata, alias ſemipinnata, alias integra, omnia ſerrata. Pedunculi hiſpidi : flores congeſti, flavi, magni ; calyces conici, flavis pilis hiſpidi ; pappus ſeſſilis, ſimplex.

Sonchus arvenſis L. communis in agris prope Grodnam, florens junio, julio, auguſto : annua. Lugdunea.

Calycibus Glabris.

111. Sonchus glaber.

Caulis ramoſus, cubitalis. Folia aſpera, glauca & levia, varia, ſeu dentata, integra & ſemipinnata, ſuperiora amplexicaulia. Pedunculi inæquales, glabri : flos pallidus ; calyces glabri.

Sonchus oleraceus L. communis ubique in agris cultis, prope Grodnam ; florens julio, auguſto : annua. Lugdunea.

Obſ. Huc veniunt ſequentes varietates : 1°. Sonchus levis, laciniatus, latifolius ; 2°. ſonchus levis minor, paucioribus laciniis ; 3°. ſonchus aſper laciniatus & non laciniatus ; latifolius & anguſtifolius, qui a Loeſelio fuerunt deſcripti & delineati.

Succus ſonchorum copioſus, lacteus, amaricans, utilis in infartibus imi ventris, in febribus intermittentibus, anorexia. Planta præcipuum nutrimentum leporum & cuniculorum.

PAPPUS NULLUS.

Calycibus calyculatis.

Petiolis pinnatifidis.

112. Lampſana ſonchi folio.

Caulis erectus, quadripedalis. Folia inferiora ad petiolum pinnata : pinnulis parvis, ſerratis, extrema maxima, ovali ; folia ſuperiora lanceolata, acuminata, ſerrata. Flores parvi, lutei, ſubumbellati ; pedunculi tenues, ramoſi ; calyx cylindricus ; ſquamæ longæ, inferiores diſtinctæ, breviores, omnes canaliculatæ. Semina nuda, curva, ſtriata.

Lapſana Vulgaris L. in ſilvis prope Grodnam frequens, florens julio : annua. Lugdunea.

Obſ. Inveni circa Grodnam ſpecimina vix pedalia : foliis omnibus integerrimis, floribus paucis.

FINIS TERTIÆ COLLECTIONIS.

SERIEI SECUNDÆ,

SEU

POLYPETALORUM COLLECTIO I.

UMBELLIFERÆ.

Hæc naturalissima classis Eryngiis cum compositis evidenti affinitate conjungitur. Radix plerisque umbelliferis est fusiformis, crassiuscula, exarata striis transversalibus, & quasi annulis, capillata fibris ortis ex his annulis. Caulis herbaceus, fistulosus, medullosus, plerumque striatus; rami & folia alterna. Folia plerumque pinnata. In plerisque flosculi pedunculati. Umbellæ compositæ; involucra seu plurima foliola involvunt basim umbellæ & umbellulæ; fructus inferus, ex duobus seminibus agglutinatis, maturitate bipartibilis, plerumque vestitus calyculo proprio, seu denticulis: germini tenero impositum est callosum, bicole receptaculum. Corollæ pentapetalæ; stamina quinque sunt & stili duo. Petala cordiformia, interdum plana. Flores in peripheria umbellæ positi, ab interioribus in plurimis diversi, radiatam umbellam reddunt, more compositorum radiatorum: in his petala exteriora interioribus longiora sunt; in

N 2

umbellis confertis, flores in medio steriles plerumque evadunt: cæterum pleræque umbelliferæ oleum essentiale fovent in seminum cortice, principiumque aromaticum in radicibus & caulibus. Nonnullæ nauseosæ & venenosæ.

FASCICULUS PRIMUS.

UMBELLATÆ.

INVOLUCRO UNIVERSALI, PARTIALIQUE.

FLORIBUS CAPITATIS.

Receptaculo paleaceo.

Foliis integris planis.


1. Eryngium latifolium.

Caulis erectus, striatus, medullosus, bipedalis, ramosus. Folia radicalia longe petiolata, cordato-ovata, serrato-crenata, obtusa; caulina infima, petiolo vaginante breviori, similia radicalibus, sed minora; superiora sessilia, quasi palmata, serratis lobis, dentibus spinula terminatis. Involucrum hexaphyllum, foliolis angustis, lanceolatis, capitulo longioribus. Squamæ receptaculi spinosæ, densæ. Flores capitati, capitulo oblongo; petala cærulea; filamenta corolla longiora; antheræ cæruleæ: semina una facie plana, altera convexa, & hirta.

ERYNGIUM PLANUM L. commune in campis Grodnensibus; florebat junio prope Horodniam.

Obs. Folia involucri, in juniori planta, certe capitulo longiora; sed in adulta tali modo elongatur capitulum, ut vix capitulo sint æqualia, serraturæ foliorum inæquales, subcartilagineæ.

ERYNGII SVPERIORIS φύλλον & ἄνθος
alpini L P. 197. N. 2.



ERYNGIVM ἀλπικολειόκαλον P.197.N.2.

alpinum. L.



Ramis tinctis.

2. Eryngium cæruleum.

Habitus præcedentis, sed ramosior. Folia radicalia magis cordata, caulina etiam similia, scilicet palmata; lobis spinosis sed angustioribus. Involucrum enneaphyllum, seu ex novem foliolis linearibus, dentato-spinosis conflatum. Capitula crassiora, & longiora quam in præcedenti. Caulis, sed præsertim rami, pulchri amethystini coloris splendentis.

Obs. Militat inter Planum & Alpinum Linnæi. Sed certe non est Alpinum: differt foliis radicalibus minus evidenter cordatis, caulinis lobis angustioribus, foliolis involucri nullo modo pinnatis, & vix dentatis minus numerosis. In nostro etiam squamæ hamatæ capitulorum, sunt saturate cæruleæ splendentes.

Passim in arvis inveni, prope Grodnam, florentem fine junii. Perennis.

Eryngium planum cæruleum campestre Polonicum Corvini ic. Barrelieri 1174, perfecte exhibet faciem nostræ speciei: unde esset mera varietas Plani Linnæi.

Caule brevissimo.

3. Eryngium pusillum.

Caulis quadriuncialis, ramosus, tenuis, sulcatus. Folia radicalia vix basi cordata, oblonga, incisa, lobis serrato-spinosis; caulina profondius incisa, lobis quinque, dentato-spinosis, latioribus quam in præcedentibus speciebus. Involucri foliola sex, lanceolata, ad latera uno aut altero dente spinoso notata. Capitula sessilia involucro duplo breviora, squamis erectis spinosis.

Obs. Rami nullo modo cærulescunt. Est-ne simplex varietas Eryngii plani? aut potius Eryngium pusillum Linnæi? inveni cum seminibus mense septembri in arvis prope

Grodnam in loco dicto Poniemun : eodem tempore & in eodem loco inveni specimina ejusdem magnitudinis, ramis & capitulis amethystinis, deficientibus foliis radicalibus; sed foliis caulinis inferioribus, & superioribus, sicut involucris, tam perfecte referebant Eryngium pusillum amethystinum Barrelieri tab. 376. f. 3. ut nullo modo dubitem, quin delineaverit iste Auctor prorsus simile specimen.

Verum Eryngium amethystinum deleatur in Chloride Grodnensi; nam Varsoviense specimen, est etiam secundum nostrum.

FLORIBUS ABORTIVIS, SUB-UMBELLATIS.

Seminibus muricatis.

Foliis simplicibus trilobatis.

4. Sanicula trilobata.

Caules erecti cubitales. Folia duriuscula : radicalia longe petiolata, profunde trilobata, lobis lateralibus bipartitis, omnibus iterato-tridentatis serratis. Folia caulina pauca, unum ad originem cujusque umbellæ, lobis angustioribus magis dentatis : umbellæ diffitæ in longis pedunculis, quæ subdivisæ ferunt a quinque ad decem umbellulas. In quavis umbellula flores subcapitati, circiter viginti, sessiles : quorum plerique abortiunt.

SANICULA EUROPÆA L. communis in omnibus silvis Lithuaniæ : florebat circa Grodnam maio, junio : perennis, Lugdunea.

Obs. Decoctum vulnerarium præstans, præsertim post casum, quando sanguis effusus stagnat in textu celluloso

FLORIBUS RADIATIS.

INVOLUCRO DECIDUO.

Seminibus membranaceis.

Foliis pinnatifidis latis.

5. Heracleum latifolium.

Caulis tripedalis, craſſus, fiſtuloſus. Folia maxima hirſuta, pinnata, foliolis ſemipinnatis, ſeu quinquelobis, aut ſeptemlobis, laciniis latis. Umbellæ maximæ. Involucrum univerſale nullum, partiale ex tribus aut ſex foliolis. Petala alba aut rubentia, exteriora in circumferentia quadruplo majora, omnia cordiformia; ſtili breviſſimi: ſemen pene planum, emarginatum, ſtriatum, alis latis.

Heracleum Sphondylium L. in pratis humidis ſat frequens prope Grodnam Loſoſnæ, & alibi: florens julio: perennis, Lugdunea. Herba & ſemina acria, leniter aromatica. Spiritum vini viridi colore tingit: hanc non amat pecus: in acervos congeſta ſaccharo cauſtico efflorefcit, ex quo fermentato ſpiritus inebrians formatur: qui exigua copia caput turbat, graviaque ſomnia facit.

Foliis pinnatifidis anguſtis.

6. Heracleum anguſtifolium.

Habitus præcedentis. Caulis tripedalis, ſtriato-ſulcatus, hiſpidus. Folia pinnata, foliolis anguſtioribus quam in præcedenti, acutis, fere glabris. Petala ſubviridia.

Heracleum Anguſtifolium L. communis prope Grodnam in ſilvis juxta Niemen, florens julio: perennis. Lugdunea, montana.

INVOLUCRO SIMPLICI.

Seminibus coronatis, sessilibus.

Foliis diversis & fistulosis.

7. Œnanthe fistulosa.

Radices stoloniferæ, passim bulbos producentes, in luto aquoso diffusæ. Caulis erectus, debilis, fistulosus, pene foliis nudus. Folia ima penitus diversa, duplicato-pinnata: foliolis minimis rotunde lobatis, seu quinquedentatis, planis; folia caulina ex nervo fistuloso, pinnulis paucis trifidis sensim angustioribus, filiformibus, fistulosis. Umbella universalis paucas umbellas peculiares producit, tres aut quatuor rotundas, densas. Involucrum universale unifolium, vel nullum; peculiare foliorum trium ad decem latiusculorum, alborum, brevium: petala alba, extus subrubella; exteriora majora: semina pentagona, pyramidalia, cornuta.

Œnanthe fistulosa L. inveni in aquosis silvæ Bobrowszczyzna, florentem junio. Grodnensis, Lugdunea.

Obs. Semina aromatica: radices ingratum spargunt odorem; mihi suspecta tanquam venenum.

INVOLUCRO PINNATO.

Seminibus hispidis.

Foliis & seminibus hispidis.

8. Daucus hispidus.

Caulis erectus, cubitalis, & bicubitalis. Folia magna hirsuta, subaspera, numerosis pinnis pinnatis: pinnulis

profunde & acute femipinnatis & bitridentatis. Involucra magna ex foliis cavis pinnatis, peculiaria ex foliolis lineari-lauceolatis; per maturitatem tota umbella hemifphærii cavi figuram induit, cujus paries eft involucrum. Flores exteriores valde difformes; interiores pene regulares: flos fterilis in centro umbellæ purpureus. Semina afpera, hifpida, alis ferratis percurfa.

Daucus Carota L. communis in Lithuania; tota æftate floret in campis circa Grodnam: annua, Lugdunea.

Obf. Semina aromatica; gratum faporem cerevifiæ conciliant; flatus difcutiunt; in anorexia utilia; evidenter urinæ fluxum adaugent: radix Dauci fativi utile nutrimentum, phthificos, dyfentericos carcinotofos fublevans.

FLORIBUS FERTILIBUS.
INVOLUCRO SIMPLICI.

Seminibus aculeatis.

Umbellis confertis, flofculis rubentibus, femine afpero.

9. Tordylium afperum.

Caulis erectus, ramofus, tripedalis. Folia duplicato-pinnata, foliolis pinnatifidis ovato-lanceolatis: impari longiore. Umbellæ planæ pleræque, rubentes, confertæ. Involucella longa; corollæ radiatæ, omnes hermaphroditæ: femina ovata, tribus alis fpinofis percurfa, aculeis brevibus.

Tordylium Anthrifcus L. frequens in Lithuania: florens circa Grodnam julio: Annua, Lugdunea. Eft Caucalis apud Hallerum.

Passim varietas caule semipedali, simplici, foliis pinnatis, foliolis angustioribus, linearibus: in omnibus involucrum generale nullum.

FLORIBUS FLOSCULOSIS, ABORTIVIS.

Petalis cordatis, seminibus quadrialatis.

Foliis latis cordatis.

10. Laserpitium latifolium.

Radix crassa, odorata, coronata setis. Caulis brachiatus, tripedalis. Petioli basi amplissimi, nervosi, vaginantes. Folia duplicato-pinnata, foliolis firmis oblique cordatis, magnis, dentato-serratis, dentibus paucis, semibilobatis, trilobis. Umbellæ amplissimæ: involucrum universale ex octo foliis late lanceolatis; peculiare ex paucioribus angustioribus: petala inflexa, emarginata, patentia, in circumferentia subirregularia, lutea: semina angulis octo membranaceis notata; quatuor in quoque semine.

Laserpitium latifolium L. communis in omnibus silvis prope Grodnam, florens julio: perennis. Lugdunea, montana: radix acris, aromatica, præstans remedium in herpetibus, anorexia, suppressione menstruorum, rheumatismo chronico.

Foliis latis tripartitis.

11. Laserpitium trilobum.

Plurimum quoad habitum & foliationem præcedenti simile, sed differt foliolis trilobatis, lobis obtusis, apice incisis, sat bene folia Aquilegiæ referentibus: in umbella universali involucrum ex paucis foliis; petala parva, alba: semina striata & alata.

Laserpitium trilobum L. inveni circa Grodnam in silva juxta Niemen : florebat julio, perennis. Radix aromamatica, penetrans.

Foliis angustis, germinibus hispidis.

12. Laserpitium hirsutum.

Caulis tripedalis, hirsutus, præsertim versus basim. Folia pinnata hirsuta, foliolis pilosis, lanceolatis, integerrimis. Umbella plana, umbellulis subconvexis, radiis villosis : universalis involucri foliola, a sex ad novem, concava, subtus villosa, ad marginem membranacea, alba, reflexa; involucra partialia fere longitudine umbellularum : petala subæqualia alba, cordata : Germina villosa : semina alata; matura glabra.

Laserpitium prutenicum L. communis prope Grodnam, in arvis : floret augusto : Delphinalis. Semina subacria aromatica, penetrantia, vere sudorifica & diuretica; ante maturitatem apud nos certe viscosa : unde placet phrasis Breynii qui, in centuria prima tab. 84, bonam hujus plantæ dedit figuram : apellavit illam Laserpitium Daucoides Prutenicum viscoso semine : vere enim habitum Dauci carotæ exhibet.

INVOLUCRO SIMPLICI.

Seminibus depressis striatis.

Foliolis lobatis.

13. Peucedanum trilobatum.

Radix crassa, villis coronata. Caulis sulcatus, cubitalis. Folia duplicato-pinnata, atro-virentia, amplissima; angustis laciniis elliptico-lanceolatis, bilobis, trilobis seu

ultimis tribus confluentibus. Involucrum universale bifolium ; particulare ex decem foliolis brevibus angustis : Petala æqualia viridi-lutea , cordata : semina ovata , complanata , trisulcata , tribus eminentiis in dorso percursa.

Peucedanum Silaus L. sat frequens in pratis , prope Grodnam , Labna. Lugdunea. Florebat julio : perennis. Vix pecora herbam tangunt , semina aromatica , vere diuretica : in herpetibus & rheumatismo chronico utilia.

Foliolis filiformibus.

14. Peucedanum filiforme.

Caulis tripedalis. Folia pinnata seu quinquies tripartita ; filiformia , linearia. Involucra brevissima. Flores disci abortivi. Fructus ovatus. Semina striata , ala cincta.

Peucedanum Officinale L. In Lithuania non credo spontaneam ; passim observavi in hortis derelictis circa Grodnam. Radix aromatica , acris. Succus in Asthmate humido , hysteria , hypochondriasi utilis.

FLORIBUS FERTILIBUS.

PETALIS CORDATIS.

INVOLUCELLIS DIMIDIATIS.

Seminibus gibbis , costato-sulcatis.

Herba nauseosa , caule maculato.

15. Conium maculatum.

Radix crassa , magna. Caulis nervosus , crassitudine digiti , maculis purpureis , seu atro-rubris pictus , fistulosus , nodosus , ramosus , quatuorpedalis. Folia nitida , firmula ,

ſaturate viridia, triplicato-pinnata: foliolis lanceolatis, obtuſe dentatis, dentibus quinque, aut ſeptem. Umbellæ plurimæ. Flores albi. Involucrum univerſale, ex tribus, quatuor, quinque foliolis latiuſculis, reflexis, brevibus: partiale ex folio uno trifido, unum latus umbellæ occupante; petala emarginata, apice inflexo, eminente jugo diviſa, in floribus circumferentiæ difformia; ſtili breviſſimi: ſemina ſubgloboſa, quinque ſulcis ſtriata, jugiſque crenatis notata.

Conium maculatum L. Cicuta Halleri, Tournefortii: ſat frequens prope Grodnam in pratis humidis, florens junio: biennis. Lugdunea. Odor radicis & herbæ ingratus, nauſeoſus: herbæ extracto, & pulvere, methodo immortalis Storckii præſcriptis, ſanavimus in Lithuania nobilem Polonum, carcinomate rodente, qui jam quartam partem linguæ conſumpſerat; plurimos ſcirrhos mammarum diſſipavimus: cancros duos vere jam exulceratos ad ſolidam cicatricem reduximus: extracto cicutæ & emplaſtro plurima ulcera cacoethica in noſocomio Regio Grodnenſi radicaliter ſanavimus: quorum unum cum carie in tibia erat complicatum.

Seminibus convexis, ſtriatis.

Foliis divaricatis, anguſtioribus.

16. Athamanta divaricata.

Radix craſſa, ſetis coronata. Caulis firmus, bipedalis, ramoſus. Folia triplicato-pinnata, ampla, firma, ſubtus venoſa, divaricata, ſeu angulis diviſionum obtuſis: latis foliolis, quinquedentatis: impari trilobato. Involucra ex multis foliolis ſpadiceis. Petala inflexo-cordata, alba, ſubroſea, æqualia. Semen ovato-oblongum, tribus jugis percurſum, cum alis membranaceis, calyce coronatum,

Athamanta Oreofelinum L. Selinum Halleri. Communis in filvis prope Grodnam, florens julio : perennis. Lugdunea. Radix refinofa, aromatica, & tota planta odorata. Semen oleum effentiale volatile fundit ; infufum herbæ gratum odorem fpargit ; tota planta practicis pretiofa, fudorifica & diuretica in omnibus morbis chronicis, in quibus fudores excitandi & urinæ adaugendæ, pretiofiffima.

Foliolis decuffatis latioribus.

17. Athamanta decuffata.

Radix craffa, longa, annulata, fetis coronata. Caulis firmus, quinquepedalis. Folia glabra, glauca, fubtus venis nigris picta, ampla, duplicato-pinnata : pinnulis latis, femibilobis & femitrilobis circumferratis. Involucra ex decem foliolis anguftis, reflexis. Petala inflexo-cordata, alba, extus purpurafcentia. Semen ovatum, nucleo modice gibbo, trifulco ; ala membranacea.

Athamanta cervaria L. in filvis, prope Grodnam Grandzicze, florens julio ; perennis. Lugdunea. Radix refinofa, aromatica, fuccedanea præcedentis.

Seminibus fubovatis, ftriatis.

Umbella terminali.

18. Sium latifolium.

Caulis erectus, tripedalis. Folia mollia, pinnata, foliolis ellipticis, bafi cordatis, acuminatis, ferratis. Umbellæ caulem & ramos terminantes erectæ. Involuctum univerfale polyphyllum ; particulare ex feptem foliolis latolanceolatis, fæpe dentatis. Petala æqualia, cordata, linea eminente divifa. Semina ovata, calyce minimo coronata, ftriata, & alis fatis eminentibus percurfa.

Sium latifolium L. communis in locis paludosis, prope Grodnam Losofnæ, & alibi. Lugdunea. Florens julio : planta virosa, certe nociva pecoribus.

Umbella axillari pedunculata.

19. Sium angustifolium.

Habitus præcedentis. Caulis tripedalis, ramosus. Folia pinnata, foliolis angustioribus, sæpe basi hastatis, quorum secundum par ita distat a primo, ut deficere videatur. Umbellæ axillares, pedunculatæ. Involucrum universale pinnatifidum.

Sium angustifolium L. passim in aquis prope Grodnam; florens augusto : perennis. Lugdunea.

Umbella axillari, sessili.

20. Sium nodiflorum.

Caulis ramosus, ramis axillaribus alternis. Folia radicalia pinnata, foliolis ovatis, dentatis; caulina lanceolata, serrata, angusta, appendiculata seu ad latera auriculas producentia, aut integra, impari triphyllo. Umbellæ aliæ ramos terminantes, aliæ brevissimis pedunculis, quasi ex alis foliorum sessiles; utrumque involucrum magnum, latifolium, tridentatum. Flores albi : semina subrotunda, compressa, sulcis levibus sculpta, striata.

Sium nodiflorum L. passim in arvis, prope Grodnam. Florebat julio in silva Bobrowszczyzna : perennis. Delphinalis.

Foliolis connatis.

21. Sium falcaria.

Caulis bipedalis, ramosus. Folia dura pinnata : foliolis elliptico-lanceolatis, acute serratis, falcatis, ultimis tri-

fidis ; nervo foliofo, latefcente ; fuperiora ex nervo foliofo trilobata , lobis anguftiffimis. Involucrum univerfale, & particulare, ex multis gracilibus foliolis. Petala alba, æqualia , cordata. Semina oblonga utrinque depreffa , ftriata, ftriis rugofis.

Sium falcaria L. paffim circa Grodnam Krynki : florebat augufto : perennis. Delphinalis.

Seminibus depreffis, ftriatis.

Radice unica , vix lactefcente.

22. Selinum fublactefcens.

Radix tuberofa , fimplex. Caulis angulatus , tripedalis, ramofus. Folia nigricantibus venis tincta, ampliffima, quadruplicato-pinnata , pinnulis linearibus ; laciniis ultimis fimplicibus & triplicibus. Involucra ex octo foliis reflexis. Umbella denfa ; petala alba , inflexo-cordata , paulum inæqualia : quodque femen emarginatum , fere planum, ovatum , nucleo parum gibbo , tribus jugis percurfum.

Selinum paluftre L. in paludofis locis prope Grodnam, Lofofnæ : florebat augufto : perennis. Planta aromatica, odore gravi; rupta omnibus partibus fuccum fundit lacteum, fed parum; condita egregium ftomachicum, roborans tonicum ; pretiofum omnibus quorum lenta & difficilis eft digeftio.

Radice multiplici , lacteo fucco turgens.

23. Selinum lactefcens.

Radix conica, craffa, multiplex. Caulis duris pilis hifpidus. Folia triplicato-pinnata ; lobulis ovato-lanceolatis. Involucra minora quam in priori : cæterum fat fimilis.

Selinum

Selinum silvestre L. in pratis paludosis. Grodnensis : florebat julio Jeziory : perennis. Lugdunea. Majorem quantitatem lactis rupta fundit.

Caule acutangulo, pistillis fructus reflexis.

24. Selinum acutangulum.

Radix lignosa, crassa. Caulis angulosus, cubitalis. Folia tri-plicato-pinnata : pinnulis latiusculis, simplicibus, & trifidis, mucrone albo terminatis. Umbella densa : involucrum universale caducum ; peculiare ex decem foliolis gracilibus, sæpe purpureis. Petala alba extus purpurea, inflexa : extremo majori. Pistilli fructus reflexi. Semen cum nucleo convexo habet duas alas laterales, latas & grandes, tria juga nuclei minora, & calycis vestigium.

Selinum Carvifolia L. communis in arvis, prope Grodnam ; florens augusto : perennis. Lugdunea.

PETALIS PLANIUSCULIS.

Umbellulis globosis.

Foliolis simplicibus minoribus.

25. Angelica minor.

Caulis crassus, pollicaris, quinquepedalis : bases petiolorum, vaginæ inflatæ, maximæ. Folia magna duplicato-pinnata : foliolis fere ovatis, acute serratis ; lateralibus appendicalatis, impari maximo triphyllo. Umbella amplissima, densissima. Involucrum universale nullum. Petala integra, æqualia, rubella : segmentis incurvatis. Semina trifulcata, angulosa, subrotunda, alata.

Angelica silvestris L. communis prope Grodnam, in pratis uliginosis Losofnæ. Lugdunea. Florebat augusto: perennis. Radix crassissima, succo flavo, resinoso, acri, aromatico turgida: sudores provocat; est præstans medicamentum in omnibus morbis in quibus vires sunt debilitatæ; sed præsertim probatum in anorexia, chlorosi, affectione hypochondriaca, suppressione menstruorum, œdematia.

Foliolis majoribus, impari lobato.

26. Angelica major.

Radix maxima, fusca, annulata, conica. Caulis crassus, tripedalis; Folia amplissima, duplicato-pinnata: foliolis ovato-lanceolatis, serratis, magnis; impari majore, lobato. Involucri partialis foliola ovato-lanceolata. Umbella amplissima, copiosissima, globosa. Petala exteriora in circumferentia paulo majora: in disco fere regularia: cæterum subviridia. Semina striata: jugis vix elevatis.

Angelica Archangelica L. fuit mihi allata, tanquam spontanea ad ripas fluvii Niemen, 12 milliaribus a Grodno: sæpe inveni in hortis derelictis, prope Grodnam.

Florens julio: perennis. Radix aromatica, subacris, penetrans: illius infusum sudotificum; in catarrhis, herpetibus, rheumatismo utile auxilium. In Lithuania, radices saccharo condiuntur, tunc gratissimæ; in anorexia pituitosa, jejuno ventriculo masticatæ, efficaces.

FASCICULUS SECUNDUS.

INVOLUCRIS PARTIALIBUS, UNIVERSALI NULLO.

FLORIBUS SUBRADIATIS, FERTILIBUS.

Involucellis dimidiatis.

Foliis nauseosis.

27. Æthusa petroselini folio.

Caulis sulcatus, glaber, brachiatus. Folia nitida, triplicato-pinnata: foliolis bifidis aut trifidis, segmentis latis, quinque, septemdentatis. Involucrum universale nullum, peculiare trifolium. Flores albi; petala in circumferentia difformia: semina subglobosa, quatuor sulcis striata, jugis lutescentibus striatis.

Æthusa Cynapium L. passim in cultis agris, prope Grodnam; florens julio: annua. Lugdunea. Tota planta odore allii virulento scatet, vere venenosa: anxietates, singultus, stupores, convulsiones, mortemque producit; sed pro his effectibus producendis requiritur magna dosis. Potest comedi usque ad sex grana, absque ullo pravo effectu.

FLORIBUS ABORTIVIS.

Fructibus subglobosis.

Foliolis variis latis & angustis.

28. Coriandrium diversifolium.

Caulis bipedalis, glaber, ramosus. Folia inferiora bipinnata, foliolis latis, ovalibus, lobatis & dentatis; reliqua

folia decompoſita, foliolis anguſtiſſimis. Flores albi; corolla radiata; petala inflexo-emarginata; involucrum univerſale monophyllum, partialia dimidiata. Fructus ſphæricus, globoſus. Semina leviter ſtriata.

Coriandrium ſativum L. Ubique colitur prope Grodnam, unde ſæpe ſpontanea invenitur: florens julio, annua. Semina recentia cimicis odorem ſpargunt, ſed deſiccata amittunt: tunc ſpeciali aromate fragrant, in torminibus a flatibus, & in ſpaſmis hyſtericis utilia.

Fructibus oblongis.

Roſtro ſeminum brevi.

29. Scandix hiſpida.

Caulis debilis, pedalis. Folia triplicato-pinnata: pinnulis pinnatis, lobulis ultimis nervo latioribus, lanceolatis: vaginis petiolorum magnis, ciliatis. Umbellæ raræ & exiguæ: involucrum univerſale nullum, peculiare quatuor aut quinque foliolis lanceolatis. Flores omnes fertiles; petala alba, difformia. Semina ovata, roſtrata, hiſpida.

Scandix Anthriſcus L. juxta ſepes prope Grodnam: florebat initio junii, annua. Lugdunea, montana. Eſt caucalis apud Hallerum & Rivinum.

Roſtro ſeminum longiſſimo.

30. Scandix cornuta.

Caulis pedalis. Folia longa, ſubhirſuta, tenuiſſime diviſa: pinnis pinnatis, pinnulis profundiſſime bipartitis, & tripartitis, lanceolatis, anguſtis, laciniis capillaceis. Umbellæ valde ſimplices, bacillis fere binis, peculiares etiam pauciſloræ. Involucrum univerſale nullum; peculiare ex

quinque, sex, aut septem foliolis latis, lanceolatis. Flores albi; exteriores valde difformes. Semina basi cylindrica, striata, lævia, rostro longissimo prædita.

Scandix pecten Veneris. L. nunquam inveni in Lithuania. Frequentem observavi inter segetes prope Varsaviam: annua. Lugdunea, communis.

FRUCTIBUS OBLONGIS.

Involucellis pentaphyllis.

Caule striato.

31. Chærophyllum tumidum.

Caulis crassus, hirsutus, fistulosus, sub ramis intumescens seu geniculis tumidiusculis, striatus. Folia maxima cubitalia, glabra, triplicato-pinnata, foliolis latiusculis acute dentatis & semipinnatis, nervis hirsutis. Umbellæ planæ, non densæ. Involucrum universale unifolium, aut nullum: peculiare ex quinque ad septem fit latiusculis foliis, ovato-lanceolatis, subhirsutis, per ætatem reflexis. Petala alba, integra, leniter tantum emarginata; sed flores exteriores irregulares, externo petalo maximo. Semina elongata, nitentia, livida, tubis seu stilis brevibus coronata.

Chærophyllum silvestre L. communis in Lithuania: frequens in pratis prope Grodnam: Delphinalis: florens fine maii: annua. Fetida planta: diu trita mihi excitavit cephalalgiam: unde merito suspecta.

Caule scabro.

32. Chærophyllum geniculatum.

Caulis subhirsutus, scaber, sub geniculis tumens. Folia hirsuta duplicato-pinnata, laciniis seu foliolis breviter

latis, lanceolatis, uno aut altero dente parum profunde incisis, obtusis, cæterum serratis. Umbella sæpe ad alterum latus nutans. Involucrum universale ex aliquot exiguis foliolis linearibus caducis; particulare monophyllos ex octo segmentis ovato-lanceolatis, brevibus, aristatis, reflexis. Petala in exterioribus floribus inæqualia, cordiformia; in interioribus fere regularia. Semina fulva, sat magna, evidenter striata & sulcata, elongata, tuberculis coronata.

Chærophyllum temulum L. Communis prope Grodnam, in pratis & juxta sepes: florebat maio Lososnæ: annua. Lugdunea.

Seminibus subulatis.

33. Chærophyllum hirsutum.

Radix longissima. Caulis fistulosus, tripedalis, hirsutus. Folia duplicato-pinnata, foliolis profunde incisis acutis, serratis segmentis. Petioli hirsuti. Umbellæ parvæ. Involucrum universale unifolium, peculiare ex quinque latis foliolis, inæqualibus, per ætatem reflexis, ora alba. Petala cordata, inæqualia; interiora minus difformia, alba aut rubra. Semina longa, cylindrica, sulcata, longas tubas seu stilos retinentia.

Chærophyllum hirsutum L. communis prope Grodnam, penes aquas Lososnæ; florens junio: perennis. Lugdunea. Est Mirrhis apud Hallerum.

Caule levi, radice bulbosa.

34. Chærophyllum bulbosum.

Radix bulbosa. Caulis fistulosus, glaber, geniculis tumidis. Folia triplicato-pinnata; foliolis numerosis subhirsutis, serratis, laciniatis, lanceolatis, trilobatis. Involucrum universale unifolium, particulare ex tribus foliolis mu-

cronatis. Petala quasi cordata, inæqualia. Semina striata, sulcis pigmento fusco obductis.

Chærophyllum bulbosum L. Communis in pratis, prope Grodnam, florens junio: annua; primo vere radices rotundæ, succulentæ; postea lignescunt & elongantur: vix crederem illas vere esculentas, ut pote pertinentes ad plantam, cujus folia sunt fœtida & virosa; impune tamen nonnulla manducavi.

Foliis subbiternatis.

35. Chærophyllum aromaticum.

Caulis bipedalis & tripedalis, scaber, erectus, maculis purpureis notatus. Folia subbiternata, foliolis ovato-lanceolatis, acutis, serratis, subtus atro-virentibus, subscabris. Umbellæ erectæ, planiusculæ. Involucrum universale unifolium, vel polyphyllum ex foliolis acuminatis, lanceolatis, reflexis, ad oras membranaceis & albis. Involucrum partiale ex foliolis similibus, a sex ad decem: flores albi; petala cordata, introrsum incurvata. Semina oblonga, gracilia, fusca, stilo persistente aristata, obsolete quadrisulca.

Chærophyllum aromaticum L. & Jacq. tab. 150. flor. austr. Folia trita inter digitos gratum spargunt odorem, aromaticum; flores etiam suaveolentes; semina vix odorata, vix sapida. Communis prope Grodnam, in loco dicto Lososna. Florebat fine junii.

Est angelica silvestris major hirsuta Loeselii, Fl. Pruss. pag. 16.

FLORIBUS FLOSCULOSIS, FERTILIBUS.

Fructibus calyce coronatis.

Foliolis refractis.

36. Phellandryum divaricatum.

Caulis crassissimus, pollicaris, cubitalis. Folia maxima triplicato-pinnata, foliolis refractis, seu ad angulos obtusos cum nervo ramosis; pinnulis ultimis nervo latioribus, lanceolatis, dentatis, obtusis. Involucrum universale nullum; particulare ex septem foliolis gracilibus, brevibus. Petala cordiformia, alba. Semina ovata, oblonga, lævia, striis quasi picta, calyce exiguo, pistillis persistentibus.

Phellandrium aquaticum L. inveni prope Grodnam juxta ripas stagni Jeziori: florebat junio: perennis. Lugdunea.

Obs. Semina aromatica & acria. Infusa spiritui vini contra ulcera carcinomatosa laudantur: infusio aquosa in phthisi cum emolumento præscripta: cæterum ipsa herba pro equis non est venenum per se, sed propter curculionem quem fovet, juxta Linnæum. Cataplasma ex foliis in cancro & gangræna vere pretiosum.

Umbella expanso - plana.


Foliolis magnis, simplicibus, & lobatis.

37. Imperatoria trilobata.

Radix crassa, tuberculosa, teres, quasi articulis distincta. Caulis crassus, tripedalis, ramosus. Folia circumscriptione ampla & lata, pinnata; foliolis aliis simplicibus, aliis

Μακροορεοσέλινον & πολύκαυλον

Seseli annuum L. **P.217. N.38.**



femitrilobis, impare trilobato; omnibus acute ferratis. Umbellæ maximæ & copiofiffimæ. Petala alba, inflexo-marginata. Semina ovata, emarginata, margine cincta, compreffa, nucleo convexo, trifulco.

Imperatoria oftruthium L. colitur in omnibus hortis rufticorum; etiam fponte crefcentem inveni juxta ripas Niemeni. Floret julio: perennis. Lugdunea, montana. radix aromatica, fragrans, oleo effentiali & refina fcatens. Sudores & urinam movet, & majori dofi alvum laxat; in afthmate pituitofo, ventriculi debilitate, febribus quartanis, in colicis a vermibus & a faburra pituitofa, nunquam fatis laudandum medicamentum.

Umbella rigidula.

Caule purpureo.

38. Sefeli purpureum.

Caulis femipedalis & pedalis, ftriatus, purpureus. Vaginæ petiolorum membranaceæ, ventricofæ, emarginatæ. Folia bipinnata: foliolis pinnatifidis; fegmentis lanceolatis, linearibus, acutis, planis. Involucrum univerfale unicum foliolum exhibet; particulare plurima, lanceolata, margine membranacea. Umbella convexa, denfa. Petala albo-purpurea. Semina fufca, ovata, parva, gibba, ftriata, exigua membrana ad circumferentiam adaptata.

Sefeli annuum L. communis prope Grodnam. Lugdunea. Florens augufto & feptembri, biennis. Radix acris, aromatica.

Caule filiformi.

39. Sefeli filiforme.

Caulis pedalis, ramofus, filiformis, divaricatus. Folia parva, duplicato-ternata, linearia, raro lobata. Um-

bellæ nudæ ; pedunculis sex sæpius , seu subsexfidis : umbellulæ involucratæ ; flosculis a sex ad octo. Involucella setacea.

Seseli saxifragum L. sat frequens in arvis arenosis prope Grodnam , florens augusto : annua.

Petalis planiusculis.

Radice cava , cellulosa.

40. Cicuta cellulosa.

Radix maxima , cellulosa. Caulis crassus , bicubitalis. Folia maxima , triplicato-pinnata : pinnulis quinquefidis , trifidis , quasi digitatis , bifidis , simplicibus , ovato-lanceolatis ; segmentis longis dentato-serratis. Involucrum universale ex paucis foliis , etiam unico , aut nullo : peculiare ex pluribus angustis , longissimis. Petala alba , inflexo-cordata , fere æqualia. Semina ovata , subhirsuta ; albis marginibus , alis tribus eminentibus percursa.

Cicuta virosa L. in paludibus & aquosis communis prope Grodnam , Lososnæ & alibi ; florebat augusto : perennis. Lugdunea , rara. Radix secta fundit succum flavum , venenosum , graveolens , vix acrem. Nociva & lethalis hominibus , in quibus anxietates & nauseas excitat ; sed requiritur sat magna dosis : in hoc casu cito emeticum præscribendum.

Involucris partialibus ovatis.

Foliis simplicibus , amplexicaulibus.

41. Bupleurum perfoliatum.

Caulis bipedalis , ramosissimus. Folia glauca , glaberrima , ovato-lanceolata , amplexicaulia seu caule circumdata.

Involucrum universale nullum, peculiare profundissime trifidum, & quinquefidum ex foliolis latis, ovato-acuminatis, umbellam comprehendentibus. Flores lutei: petala æqualia, integra, revoluta. Semina profunde sulcata, quasi alata.

Bupleurum rotundifolium L. elapsa ex horto Botanico regio Grodnensi, spontanea facta in agris vicinis: communem inveni inter segetes circa Varsaviam; florebat julio: annua. Lugdunea. Vix vulneraria, sicut in plurimis aliis speciebus, mihi videtur vana; nam juxta nostra experimenta æque cito vulnera, energiæ naturæ commissa, fuerunt sanata ac illa quæ tractavimus cum foliis perfoliatæ.

Obs. Specimina possideo vix semipedalia, caule simplicissimo, tenui, foliis rotundioribus, obtusis. In aliis acumen durum terminat folia & involucra: quod est nervus prolongatus.

FASCICULUS TERTIUS.

INVOLUCRO NULLO, NEC UNIVERSALI, NEC PARTIALIBUS.

Foliis decussatis.

42. Carum decussatum.

Radix magna & longa. Caulis cubitalis. Folia longa & parum lata, duplicato-pinnata: pinnis primis longioribus, circa nervum decussatis; pinnularum laciniis rectis, tridentatis & bidentatis. Involucra nulla aut generale, monophyllum. Petala carinata, inflexo-emarginata. Semina semiovalia seu ovato-oblonga, profunde striata.

Carum carvi L. paſſim circa Grodnam, in pratis; florebat junio Dubniça: annua. Lugdunea. Planta aromatica, optimum ſuppeditat armentis pabulum: ſemina flatus diſpellunt, concoctionem alimentorum adjuvant.

FLORIBUS FLOSCULOSIS, FERTILIBUS.

Seminibus depreſſo-planis.

Foliolis latis.

43. Paſtinaca lutea.

Caulis rectus, ſexpedalis. Folia nitentia, glabra, ſimpliciter pinnata: foliolis circumſerratis, latis; ſuperioribus lanceolatis. Involucra nulla. Petala lutea, æqualia, integra, acuminata, apice revoluto. Semen planum, margine foliaceo cinctum.

Paſtinaca ſativa L. communis prope Grodnam. In pratis humidis Loſoſnæ & alibi, florens julio: perennis. Lugdunea. Eſt mater varietatis hortenſis, cujus radix dulcis, edulis, craſſior: in ſilveſtri e contra radix dura, gracilis, annuloſa; tota planta leviter acris, aromatica; ex radice ſal ſaccharatum obtinetur; illius decoctum in herpetibus & ſcabie utile adjuvans.

Seminibus marginatis, ſtriatis.

Foliolis tenuiſſimis.

44. Feniculum capillaceum.

Radix alba, acris. Caulis teres, levis, bicubitalis. Folia ampliſſima, leviſſima, multoties pinnata: foliolis teretibus, capillaribus. Involucra nulla. Umbellæ magnæ,

cavæ : flores lutei, petalis integris, æqualibus, tubis longis. Semina ovata, fulcata.

Anethum feniculum L. Ubique facta fpontanea circa Grodnam, florens julio : annua. Tota planta & femina fuavis odoris, & faporis : menfes, urinam, exanthemata expellit illius fuccus, ad uncias quatuor datus ; excitato fudore, febres tertianas, poft toleratos paroxyfmos nonnullos, egregie profligat. Semina flatus difcutiunt, colicafque fpafmodicas pacant, vique fpeciali fluxum lactis in mammis adaugent.

PETALIS CORDATIS.

Seminibus gibbis, ftriatis.

Foliis fummis ternatis.

45. Ægopodium ternatum.

Caulis erectus, angulofus, tripedalis. Folia ima bipinnata; pinnis ex foliolis quinque ; caulina ternata, feu trifolia : foliolis latis, ovatis, femitrilobis, a nervo inæqualiter divifis : vaginæ petiolorum magnæ. Umbellæ denfæ, inæquales. Involucra nulla. Petala alba, profunde cordata, in exterioribus floribus inæqualia ; ftili longi. Semina craffa, femiovalia, ftriata.

Ægopodium podagraria L. communis in umbrofis locis prope Grodnam : florens maio, perennis. Lugdunea, rara. Planta leniter aromatica ; edulis pro hominibus, & pecoribus grata.

PETALIS INFLEXIS.

Seminibus minutis, ſtriatis.

Foliolis lobatis.

56. Apium lobatum.

Radix craſſa, carnoſa, ramoſa; odore penetrabili, ſucco flaveſcente. Folia pinnata, nitentia, foliolis ſerratis; lateralibus ſemibilobatis, terminali ſemitrilobato; caulis craſſus, fungoſus, brachiatus; umbellæ pauciflorae, aliæ petiolatæ, aliæ ex alis pene ſeſſiles. Petala alba, exterius ſubviridia, æqualia, integra, inflexa. Semina pauca, profunde ſulcata, inter ſulcos foraminulata. Grodnenſis, in aquoſis, florens auguſto.

Apium graveolens L. mater hortenſis, quæ vocatur Celeri: in ſilveſtri radix & folia acria, amara; in Hortenſi radices ſubaromaticæ, aromate proprio: ſtomachicæ, vere aphrodiſiacæ. Silveſtris radices nauſeoſæ, venenoſæ. Lugdunea.

PETALIS CORDATIS.

Umbellis ante floreſcentiam nutantibus.

Foliolis anguſtis.

47. Pimpinella anguſtifolia.

Radix alba, acris, longa. Caulis firmus, ſubhirſutus, bipedalis. Folia nitida, pinnata: foliolis ovato-lanceolatis, acute ſerratis, ſæpe appendiculatis, extremo trilobato; ſuperiora folia anguſtiora, profundius inciſa. Umbellæ raræ. Involucra nulla. Petala cordata, inflexa.

Semina ovato-oblonga, tribus lineis eminentibus distincta, striata; styli longi; stigmata subglobosa.

Pimpinella saxifraga varietas major L. in arvis prope Grodnam, communis, florens junio: perennis. Lugdunea.

Foliolis latis.

48. Pimpinella latifolia.

Præcedenti minor, cæterum sat similis: differt foliolis ovatis.

Pimpinella Saxifraga: varietas minor L. ubique prope Grodnam, in arvis, florens junio: perennis. Lugdunea.

Foliolis laciniatis.

49. Pimpinella laciniata.

Habitus præcedentium; sed folia superiora & caulina exhibent pinnulas profundissime lobatas, quasi pinnatas, dentatas.

Pimpinella Saxifraga: varietas hircina L. etiam frequens prope Grodnam, in arvis, florens julio, augusto: perennis. Foliorum odor gratus, pomum referens; sapor acris, non ingratus; radix acrior, aromatica: cujus infusio & tinctura præstantes in debilitatibus ventriculi, in lassitudinibus a transpiratione suppressa: cæterum evidenter adauget fluxum urinæ, menstruorum; in scabie, ulceribus & vulneribus pulvis & decoctum vere utilia.

FINIS PRIMÆ COLLECTIONIS.

SERIEI SECUNDÆ,

SEU

POLYPETALORUM

COLLECTIO II.

CRUCIATÆ, SEU TETRAPETALÆ.

Staminibus petalorum sesquialteris.

TETRADYNAMIA LINNÆI.

CLASSIS naturalis cujus genera difficilia ſunt, & diverſa juxta varios auctores, ſed ſpecies certæ. Calyx in his plantis, in pleriſque caducus, quatuor foliolis conſtans, quorum duo ſæpe deorſum producuntur & aliquantum baſi ſunt gibba. Petala quatuor, rariſſime nulla; ungues longi, erecti, angulum rectum cum reliqua petali parte lata peragentes; plerumque petala ſunt æqualia, rariſſime duo minora, ſicut in Iberide; ſex ſunt ſtamina, quorum duo breviora : in paucis duo tantum aut quatuor : in multis glandulæ ſucculentæ obſervantur ad baſim filamentorum. Fructus : ſiliqua aut ſilicula bivalvis, valvis dehiſcentibus ; plerumque ſepto in duos loculos diviſa, cui ſepto ſemina adhærent.

Tetrapetalæ cruciatæ ſæpius flores ferunt in corymbum terminatos, ſenſim, dum flores inferiores defloreſcunt, elongatum

THLASPI VERONICAE FOLIO

draba muralis. L.

P. 225. N. I.



elongatum in ſpicam ; in pluribus folia ſeſſilia, alterna ſunt pinnatifida aut lyrata : in omnibus fere cruciatis ſapor & odor ſunt propriæ indolis, penetrantes, ſcilicet in recentibus ; nam poſt deſſicationem diſſipato principio volatili, ſolo medicamentoſo, planta iners manet & fere fatua : unde debent vel recentes in medicinam recipi, vel ſaltem ſirupi rite præparati : omnes dicuntur antiſcorbuticæ.

FASCICULUS PRIMUS.

CRUCIATÆ, SILICULOSÆ.

SILICULA INTEGRA NEC APICE EMARGINATA.

Siliculæ valvulis planiuſculis. Stilo nullo.

Caule folioſo.

1. Draba lutea.

Caulis palmaris, vix ramoſus : folia caulina ſeſſilia, cordata, dentata, hirſuta ; radicalia petiolata, ovata, integra : pedunculi longi : flores lutei, racemoſi, villoſi ; calycis foliola minima, hirta ; petala calyce paulo longiora ; ſiliculæ obliquæ, incurvæ, oblongæ, ovatæ, ſtylo brevi.

Draba muralis L. varietas nemoroſa, frequens prope Grodnam, florens fine aprilis, in arvis : biennis. Lugdunea, montana.

Obſ. Folia caulina invenio dentata, & non dentata ; radicalia roſulam formant foliorum : quorum inferiora minora, ſuperiora majora, pilis denſis, rigidis, in circumferentia onuſta, etiam integerrima ſunt & dentata. Frequens eſt varietas, minima, pollicaris, foliis triplo minoribus,

pauciflora, quæ crescendo elongatur, fitque palmaris: tunc caulis exhibet sex folia alterna, dentata; sæpe ex una radice plurimi caules; in plerisque speciminibus vix folia radicalia dici possunt petiolata.

Caule aphyllo.

2. Draba alba.

Folia radicalia rosulam ad terram formantia, petiolata, subhirsuta, subdentata, elliptica, parva; scapi quadriunciales, ramosi; petala alba, profunde divisa; silicula elliptica, compressa, acuta, stilo brevi, semina compressa, numerosa.

Draba Verna L. communis ubique in arvis, prope Grodnam: floret aprili, annua. Lugdunea.

Obs. In plerisque nostris speciminibus folia omnia integerrima; sæpe scapi vix pollicares, uniflori aut biflori, in plerisque multiflori, pedunculis longis patentibus, unde scapus dicitur ramosus; video folia glabra & hirsuta; silicula evolvitur ante expansionem corollæ, unde plerumque obliterantur stamina.

Siliculæ pedicellatæ, valvulis planis, stilo exerto.


Foliis alternis.

3. Lunaria flagrans.

Caulis tripedalis, erectus, ramosus. Folia inferiora opposita; superiora alterna, longe petiolata, cordata, elongata, circumserrata, hirsuta. Flores sparsi: calyx coloratus, albus, subviolaceus, cujus duo foliola basi deorsum producta. Petala violacea, odorata; silicula lata, ovato-lanceolata, plana, pedicellata, stilo longo; semina reniformia.

MYAGRVM ὀρεομονόκαυλον ξὰνθομήλινον
paniculatum. L.

P. 227. N. 5.



Lunaria rediviva L. rara circa Grodnam : inveni florentem maio, in magna silva Bobrowszczyzna : perennis. Folia amara. Lugdunea, montana.

Siliculæ valvulis concavis, stilo persistente.

Foliis glabris.

4. Myagrum glabrum.

Caulis cubitalis, brachiatus, asper ; folia sagittata, elliptico-lanceolata, integra ; petala pallide lutea ; siliculæ ovato-cordatæ, pedunculatæ ; semina multa.

Myagrum sativum L. Grodnensis in cultis, advena, florens julio, annua. Lugdunea.

Foliis hirsutis.

5. Myagrum rugosum.

Caulis cubitalis, brachiatus ; folia amplexicaulia, auriculata, hirsuta, acuta ; flores parvi, panniculato-racemosi ; petala flava. Silicula orbiculata, punctato-rugosa, stilo permanente : semen unum, altero abortiente.

Myagrum panniculatum L. Rapistrum Halleri, Tournefortii, Grodnensis, ubique in cultis, florens maio, junio : annua. Lugdunea.

Obs. Plurima inveni specimina caule simplicissimo, racemo unico, siliculis rugosis, pilosis, foliis dentatis : an simplex varietas panniculati ? aut myagrum rugosum Linnæi ?

SILICULA EMARGINATA APICE.

Petala duo exteriora majora.

Foliis ſinuatis.

6. Iberis nudicaulis.

Caulis ſemipedalis, parum folioſus, ſimplex. Folia radicalia roſulam formantia, pinnatifida, firma, pinna impare ampliſſima, ſæpe trilobata; caulina pauca, duo aut tria. Flores parvi: calycis foliola ovata, petalis breviora; petala ovata, integra, quorum duo exteriora majora. Silicula ovata, lata, emarginata.

Iberis nudicaulis L. rara circa Grodnam; florebat initio maii; in arenoſis œconomiæ Krynki: annua. Lugdunea.

Filamenta quædam latere interiore dente notata, ſilicula bilocularis.

7. Alyſſum incanum L.

Caulis cubitalis, erectus. Folia lanceolata, incana, integerrima. Flores corymboſi: petala parva, alba; ſiliculæ, oblongæ, villoſæ, ſtilo perſiſtente; pedunculi placenta craſſa terminati.

Alyſſum incanum L. communis ubique prope Grodnam, in arvis & paſcuis; floret ab initio maii, ad finem julii: perennis.

Obſ. Caulis baſi rubeſcens, fuliginoſus, ſimplex & ramoſiſſimus. Folia cauli appreſſa ſapore ſingulari, parum acri, non ingrato. Petala bifida: Germina villoſa.

Silicula cordata, valvulis obtusis, gibbis.

Foliis diversis.

8. Cochlearia flagrans.

Caulis ramosus, palmaris, tener. Folia succulenta; radicalia petiolata, subrotunda; caulina amplexicaulia, ovato-lanceolata, angulosa, sinuata. Calycis foliola cava. Petala alba, odorata. Silicula gibbosa, rugosa, stilo brevi persistente acuminata.

Cochlearia officinalis L. passim inveni sponte crescentem, in arvis prope Grodnam; attamen illam credo advenam, elapsam ex hortis: florebat maio: biennis. Planta recens acris, magnam quantitatem salivæ elicit, princeps medicamentum contra scorbutum; spiritus cochleariæ, in paroxysmis dolorum dentium efficax.

Siliculis reniformibus.

Foliis pinnatifidis.

9. Coronopus procumbens.

Caules plurimi, decumbentes, procumbentes, ramosi, palmares. Folia pinnatifida: pinnulis inæqualibus, latiusculis, incisis. Pedunculi brevissimi, unde flores fere sessiles. Petala leviter emarginata; alba. Si silicula seu fructus duobus articulis paulo quam circulus minoribus, totis cristatis & verrucosis, monospermis: unde silicula dici potest reniformis.

Cochlearia coronopus L. florentem fine maii observavi in campo, tribus milliaribus a Bialystok, eundo Varsaviam. Herba acris, antiscorbutica. Lugduneа.

Foliis radicalibus crenatis, caulinis incisis.

10. Cochlearia Lapathifolia.

Radices longæ, crassæ, acerrimæ. Folia radicalia petiolata; maxima, glabra, ovato-lanceolata, rotunde crenata. Caulis cubitalis, superne ramosus, erectus; folia caulina sessilia, lanceolata, incisa. Flores panniculati, racemis laxis. Petala alba, odorata, calyce longiora. Silicula fere ovata, stilo crasso, globuloso, terminata.

Cochlearia armoracia L. frequens prope Grodnam, in locis humidis, juxta amnem Lososnæ & alibi; florebat julio: perennis. Radicis aqua stillata, acerrima. Succus illius magna dosi emeticum evadit.

Silicula cordata, valvulis acute carinatis.

Petalis nullis; staminibus duobus.

11. Lepidium apetalos.

Caulis ramosus, palmaris aut pedalis. Folia radicalia pinnata: pinnis dentato-semipinnatis; caulina linearia, integerrima. Flores minimi; calyces colorati, lutei; petala nulla; stamina tantum duo. Silicula ovata, vix emarginata, bilocularis: semen unum in quoque loculo. Odor & sapor totius plantæ, ingratus & acer.

Lepidum ruderale L. ubique prope Grodnam, juxta vias; florebat initio junii: annua. Lugdunea. Odor fortis, penetrans, mihi non ingratus; sapor acris. Succus herbæ in ulceribus scorbuticis mirandos producit effectus.

Silicula obcordata, valvulis marginato-carinatis.

Foliis integris, glabris.

12. Thlaspi Lutescens.

Caulis pedalis, angulosus, brachiatus. Folia lutescentia, amplexicaulia, glabra, oblonga, dentata; inferiora petiolata, profundius dentata. Flores parvi, albi. Siliculæ glabræ, planæ, orbiculatæ, magna ala siliculam augente; ala superius hilo insigni emarginata: semina nigra.

Thlaspi arvense L. ubique in arvis, prope Grodnam; florens aprili: annua. Lugdunea.

Obs. Silicula concava sicut cochlear; singulariter hæc species crescendo mutatur, florens vix tripollicaris, postea elongatur: raro sex stamina inveniuntur, quia silicula cito crescens plurima obliterat. Anno 1779 floruit 10 martii: plurima specimina florida offerunt nobis, omnia folia integerrima, nullo modo dentata: herba subacris.

Foliis integris, subvillosis.

13. Thlaspi incanum.

Caulis cubitalis, erectus, villosus; superne tantum ramosus. Folia inferiora petiolata, ovata; caulina sagittata, dentata; omnia mollia, subincana: calycis foliola macula ovali notata; petala alba. Silicula hirsuta, subrotunda, summa parte emarginata, alata; stilo persistente: semina subtrigona.

Thlaspi campestre L. passim in arvis prope Grodnam; florens maio, biennis. Lugdunea. In plerisque speciminibus folia radicalia sinuato-lyrata.

Silicula triangulari.

14. Thlaſpi polymorphum.

Caulis erectus, cubitalis, brachiatus. Folia radicalia petiolata, ſubhirſuta, pinnatifida: pinnis oppoſitis, extrema majore; caulina ſeſſilia, elliptica, integra. Petala parva, alba, patula. Silicula triangularis, ſurſum dilatata: ſemina multa, ovata.

Thlaſpi burſa paſtoris L. communis ubique prope Grodnam, in arvis cultis; florens aprili, maio: annua. Lugdunea.

Obſ. Mire varians hæc ſpecies quoad altitudinem & figuram foliorum: folia radicalia non ſunt ſemper pinnatifida; inveni ſpecimina in quibus erant plerumque integerrima, alia in quibus erant ſimpliciter ſinuata. Caulis eſt ramoſus aut ſimpliciſſimus. Germina ovata ſunt, & evadunt tantum triangularia: ſeminibus matureſcentibus; ſtigma craſſum, papilloſum, album; ſtilus brevis; filamenta curva; antheræ griſeæ; foliola calycis linearia; pili albi in foliis & caule; herba parum acris, antiſcorbutica.

FASCICULUS II.

CRUCIATÆ, SILIQUOSÆ.

CALYCIS CLAUSI FOLIOLIS LONGITUDINALITER CONNIVENTIBUS.

Siliqua articulata.

Siliqua uniloculari, cornuta.

15. Raphanus cornutus.

Caulis pedalis, hirſutus, aſper. Folia pinnatifida: pinnis raris, confluentibus, dentatis; ultima maxima, ovali, dentata; ſuperiora ſimplicia. Calyx viridis, ſubhirſutus:

foliolis duobus basi gibbis; petala longitudine calycis, alba, venis obscurioribus picta; glandulæ ad ortum staminum quatuor: siliqua stricta, teres, articulata, levis, unilocularis, longe cornuta.

Raphanus raphanistrum L. Grodnensis, arvensis, communis, florens tota æstate: annua. Herba acris, validi odoris, suspecta. Lugdunea.

Obs. Frequentior adhuc est varietas, flore luteo: cæterum etiam diversa glabritie & hirsutie foliorum.

SILIQUA TETRAGONA.

Floribus luteis.

Foliis lanceolatis, integris.

16. Erysimum cheiranthifolio.

Caulis semipedalis aut pedalis, erectus, ramosus. Folia lanceolata, subaspera, integra. Flores racemosi; calyx patens; petala lutea, exigua: siliquæ erectæ, unciales, obtuse quadrangulæ.

Erysimum Cheiranthoides L. Grodnensis, frequens, florens julio in arvis: annua. Lugdunea.

Foliis runcinatis.

17. Erysimum runcinatum.

Caulis erectus, cubitalis, ramosus, ramis patentibus, subnudis. Folia runcinata seu pinnatifida: pinnulis rectis aut retrorsum versis, dentatis; extrema maxima, triangulari. Flores exigui; calycis foliola subhirsuta, non gibba; petala angusta, submarginata, lutea: siliquæ ramo appressæ, hirsutæ, teretes, fine conico. Semina pauca.

Eryſimum officinale L. communis juxta vias prope Grodnam, florens junio : annua. Lugdunea. Sapor foliorum vix acris : ſirupus laudatur in aſthmate, catarrho, raucedine.

Siliqua tetragona.

Foliis lyratis.

18. Eryſimum lyratum.

Caulis cubitalis, erectus, ramoſus, ſulcatus. Folia lyrato-pinnatifida : pinna extrema maxima, ſubrotunda. Racemi florum denſi, numeroſi ; calycis foliola oblonga, exteriora baſi ſubgibba ; petala flava, emarginata : ſiliquæ breves, teretes, ſubanguloſæ, erectæ : ſemina plurima, punctata.

Eryſimum barbarea L. Grodnenſis, frequens in humidis prope urbem : florens maio, perennis. Lugdunea. Mitis eſt, edulis, non ingrata in acetariis.

Floribus albis.

Foliis cordatis.

19. Eryſimum alliaria.

Caules tripedales, ramoſi : ramis aſcendentibus. Folia inferiora longe petiolata ; ſuperiora ſeſſilia ; omnia cordata, levia, flaccida, ſerrata. Calyx albus ; petala parva, alba ; ſiliquæ longæ, tenues, quadrangulares : angulis duobus vix eminentibus.

Eryſimum alliaria L. Grodnenſis, ſilvatica, ruderalis, florens maio, junio : perennis. Lugdunea. Herba & ſemina trita allium redolent : intus in anorexia, ictero, chloroſi ; extus in ulceribus ſanioſis vere utilis.

SINAPI ἐαρανθόλευκον MONSPEL.

P. 255. N. 21.



Arabis thaliana, L.

Obs. Specimina inveni, caule fimpliciffimo, vix femipedali, foliis parvis, floribus paucis.

Germine utrinque glandula notato.

Foliis lanceolatis, dentatis.

20. Cheiranthus anguftifolius.

Radix craffa, lignofa. Caules cubitales, erecti, ramofi, duri, fubhirfuti. Folia lineari-lanceolata, integra; paffim raris dentibus, longis; in inferioribus glauca, villofa. Flores parvi: foliola calycis bafi gibba; Petala lutea: filiquæ longæ, quadratæ, pedunculis appreffæ: femina ovata, numerofiffima.

Cheiranthus eryfimoides L. Lithuanica, obfervata juxta ripas fluvii Bog: florebat junio, biennis. Delphinalis. Videre eft ex defcriptionibus, quam parum inter fefe differunt eryfimum cheiranthoides, & cheiranthus eryfimoides.

Glandulæ quatuor intra foliola calycina. Stigma fimplex.

Foliis ovatis, fcabris.

21. Arabis fcabra.

Caules pedales, erecti, ramofi, fere nudi. Folia radicalia petiolata; plurima in orbem difpofita, ovato-lanceolata, acuta, integra, hirfuta; caulina pauca, lanceolata, pene glabra. Flores exigui; calyx tubulofus; foliolis duobus bafi gibbis; petala alba: filiquæ graciles, teretes, curvatæ, a caule plurimum difcedentes.

Arabis Thaliana L. Grodnenfis, frequens, arvenfis, florens maio: annua. Lugdunea.

Glandulæ duæ intra ſtamina breviora, duæ extra ſtamina longiora.

Foliis amplexicaulibus, ſagittatis.

22. Braſſica lutea.

Radix tenuis. Caulis cubitalis, tenuis. Folia caulina cordato-ovata, ſeſſilia, amplexicaulia, grabra; radicalia lyrata, ſubhiſpida. Flores in ſummitate plantæ corymboſi; calyx tubuloſus, erectus; foliolis exterioribus deorſum gibbis; petala lutea, minima: ſiliqua tetragona, longa, curva.

Braſſica campeſtris L. communis propa Grodnam, in arvis, florens julio: annua. Lugdunea.

Obſ. Folia radicalia ſæpiſſime apud nos lingulato-ſpathulata. Flores ante perfectam evolutionem in ſummitate *caulis* conglomerari; poſtea evolvitur racemus; petala vix longitudine unius lineæ & dimidiæ: ſæpe plurimi caules ex una radice alba, fuſiformi, tortuoſa: cæterum tota planta glabra. Inveni etiam ſpecimina caule ramoſo.

Foliis amplexicaulibus, cordatis.

23. Braſſica alba.

Facies præcedentis: caulis ramoſus. Folia minus amplexicaulia, auriculata, cordata. Flores magni, petalis albis, lineis cæruleis pictis.

Militat inter Alpinam & arvenſem L. racemus florum elongatus, diameter floris ſaltem ſex linearum. Folia minus elongata, latiora quam in campeſtri, auriculis rotundatis, apice obtuſa. Florebat fine maii, in arvis, prope Grodnam, Poniemun.

Petala erecta.

Foliis caulinis glabris.

24. Turritis glabra.

Caulis cubitalis, ſimplex. Folia radicalia numeroſa, hirſuta, integra, cito marceſcentia; caulina numeroſa, tegentia totum caulem, amplexicaulia, ſagittata, glauca. Calycis foliola albeſcentia, baſi gibba, erecta; petala mediocria, alba: ſiliquæ longiſſimæ, triunciales, graciles, nutantes, ſubquadrangulares: ſemina numeroſa, parva, plana.

Turritis glabra L. Grodnenſis, arvenſis, frequens: florens julio, perennis. Lugdunea.

Foliis omnibus hiſpidis.

25. Turritis hirſuta.

Caulis cubitalis, hirtus, erectus, ramoſus. Folia radicalia in orbem ſparſa, ſicca, ovata; caulina amplexicaulia, elliptica; omnia hirta. Calycis foliola alba; petala alba: ſiliquæ ſtrictæ, utrinque convexæ; juniores ramis appreſſæ, maturæ nutantes.

Turritis hirſuta L. Grodnenſis, arvenſis, ſilvatica, florens maio, junio: biennis; ſat frequens. Lugdunea.

Siliquæ valvis revoluto-dehiſcentibus.

Foliis pinnatis & ſimplicibus.

26. Dentaria bulbifera L.

Radix dentata, ſquamoſa, ſerpens. Folia radicalia pauca, duo aut tria, longe petiolata, pinnata: pinnis ovato-

lanceolatis, ferratis, duobus aut tribus paribus cum impari. Caulis cubitalis, gracilis, magna parte nudus. Folia inferiora pinnata; fuperiora alterna, fimplicia. Flores racemofi, terminantes, pauci, quatuor, fex; petala magna, alba, aut fuave purpurea: filiquæ longæ, biloculares, valvis elaftica vi refilientibus: femina abortientia, feu rariffime maturefcentia; bulbi fquamofi, nigri, feffiles, in axillis foliorum: his bulbis propagatur planta.
Dentaria bulbifera L. inveni circa Grodnam, in magna Silva ad limites Boruffiæ: florebat junio: perennis.

CALYCIS HIANTIS FOLIOLA SUPERNE DISTANTIA.

Siliqua decidua, lanceolata, monofperma.

Foliis fagittatis, glaucis.

27. Ifatis glauca.

Caulis tripedalis, brachiatus. Folia radicalia petiolata, erenata, ovata; caulina fagittata, amplexicaulia. Flores lutei, exigui, congefti; calyx virefcens; petala calyce majora: filiculæ pendulæ, ellipticæ, utrinque acuminatæ, compreffæ, fungofæ: femen unum.
Ifatis tinctoria L. paffim inveni circa Grodnam; crederem advenam; florens junio: biennis. Tinctoria dicitur, quia cæruleum colorem pannis largitur.

SILIQUA DEHISCENS VALVULIS REVOLUTIS.

CARDAMINES.

Herbæ debiles, aquofæ. Folia compofita, pinnata. Siliquæ graciles, fubcylindricæ, valvulis elaftice defilientibus, furfum revolutis: ftilo breviore: ftigmate integro.

Foliis diſſectis.

28. Cardamine apetala.

Caules ſemipedales, erecti, parum ramoſi. Folia radicalia in orbem ſparſa, pinnis petiolatis, inciſis, obtuſis; caulina pinnis anguſtioribus, acute dentatis ſeu diſſectis. Flores racemoſi, erecti; calycis foliola obtuſa, cava; petala in floribus expanſis nulla; ſtamina ſex, alba, calyce longiora: ſiliquæ longæ: ſemina quadrata.

Cardamine impatiens L. inveni florentem maio, in pratis ſilvæ Bobrowſzczyzna, juxta amnem: annua, Lugdunea.

Foliis hirſutis.

29. Cardamine hirſuta L.

Caulis pedalis, ramoſus, hirſutus. Folia pinnata, hirſuta: pinnis ſubrotundis, quatuor aut quinque paribus, impare majore; caulina anguſtiora. Flores racemoſi, pauci; petala alba, emarginata, magna; ſtamina quatuor, deficientibus brevioribus: ſiliqua cornu ſolido terminata.

Cardamine hirſuta L. Inveni florentem maio, in pratis loci dicti Loſoſnæ: perennis. Lugdunea, montana.

Petalis magnis.

30. Cardamine integrifolia.

Caulis pedalis, parum ramoſus. Folia pinnata; radicalibus pinnis ſubrotundis, ſubdentatis; caulinis pinnis linearibus, integris. Petala magna, venoſa, dilute purpurea: ſiliquæ modice convexæ.

Cardamine pratenſis L. communis in omnibus pratis aquoſis prope Grodnam, florens initio maii: perennis. Lugdunea.

Obſ. Hæc ſpecies plurimas inſectorum larvas nutrit: unde rariſſime inveniuntur ſpecimina integra.

Foliolis subrotundo-angulosis.

31. Cardamine amara L.

Caulis debilis, ex axillis stoloniferus. Folia pinnata, pinnis subrotundo-angulosis; calycis foliola duo valde gibba; petala magna, lactea, subrotunda.

Cardamine amara L. communis prope Grodnam, in pratis; florens maio Losofnæ & alibi: perennis. Lugdunea, montana.

Obs. Non rara est varietas circa Grodnam, floribus purpurascentibus: in nostris raro axillæ sunt stoloniferæ, nec constans est figura foliolorum; modo etenim observo rotundata, angulosa & elongata, dentata: cæterum, folia vere sunt amara, amaritie non ingrata.

Siliqua dehiscens, calyx horizontaliter patens.

Siliqua rostrata, multangula.

32. Sinapis torosa.

Caulis durus, cubitalis, brachiatus, basi hirtus. Folia subaspera, ovato-lanceolata, patula, circumserrata. Calyx glaber, pallens: foliolis angulosis, duobus basi gibbis; petala lutea, venis saturatioribus picta: glandulæ acuminatæ, quatuor ad ortum staminum: Siliquæ subhirsutæ, multangulosæ, torose turgidæ, proprio rostro ancipiti longiores: semina novem, sapore fervido.

Sinapis arvensis L. Grodnensis, arvensis, communis: florens tota æstate, annua. Lugdunea. Herba vix acris, edulis.

SILIQUA

SILIQUA DEHISCENS VALVULIS RECTIUSCULIS, CALYX PATULUS.

SILIQUIS DECLINATIS BREVIBUS.

Foliis pinnatis.

Foliolis subcordatis.

33. Sisymbrium cardamines folio.

Caules erecti, pedales, ramosi. Folia succulenta, pinnata; pinnis novem subcordatis, dentatis; extrema maxima. Flores racemosi, racemo brevi; calycis folia erecta, colorata, basi subgibba; petala alba: filiquæ breves, declinatæ, patulæ, latiusculæ, longe pedunculatæ.

Sisymbrium nasturtium aquaticum L. frequens in aquis juxta rivos & prope Grodnam: florens junio, perennis. Lugdunea. Sapor & odor tritæ herbæ, penetrans.

Foliolis lanceolatis, serratis.

34. Sisymbrium nasturtii folio.

Caulis procumbens, foliosus. Folia pinnata, pinnis lanceolatis, longis, dentatis; extrema latiore integra aut semitriloba. Calyx patulus, luteus; petala lutea, parva, ovata: Siliquæ longe pedunculatæ, teretes, sub-compressæ, curvatæ, declinatæ: semina plurima, minutissima.

Sisymbrium silvestre L. Grodnensis, communis in arvis & in silvis, florens junio: perennis. Lugdunea.

Obs. Hæc species plurimas varietates exhibet: inveniuntur specimina, caule pedali, ramosissimo; alia caule vix palmari, simplicissimo: in istis foliola linearia, integerrima, aut brevibus rarisque dentibus notata.

Foliis pinnatifidis.

35. Sisymbrium capillaceum.

Caulis prostratus, cubitalis, angulosus, flexuosus. Folia levia, pinnata, pinnis dentatis. Flores racemosi; calycis foliola lutea, basi subgibba; petala minima, calyce breviora, luteo-pallida: siliqua brevissima, trilinearis, rugosa: semina plurima, ad triginta.

Sisymbrium amphibium palustre L. Grodnensis, communis in aquis Losofnæ & alibi, florens julio: perennis. Lugdunea.

Foliis simplicibus, dentatis.

36. Sisymbrium integrifolium.

Caulis erectus, angulosus, ramosus, cubitalis. Folia nitida, glabra, longe elliptica, acuta, circum-serrata, integra aut pinnatifida. Flores spicato-panniculati; pedunculi longi; calycis foliola petalis breviora, lutea, vix basi gibba; petala flava, emarginata, ovata: siliqua brevissima, ovata, obesa: semina numerosissima.

Sisymbrium amphibium aquaticum L. Grodnensis, communis in aquis, florens julio: perennis. Lugdunea.

Foliis lyratis.

37. Sisymbrium cæruleum.

Caulis pedalis, ramosus, foliosus. Folia radicalia plurima, in orbem sparsa, lanceolato-lyrata, seu pinnatifida: pinnis rectangulo-subdentatis, hispidis: pilis in utraque pagina; folia caulina lanceolata, pauca, hispida, subdentata. Flores racemosi, racemo paucifloro, laxo; calyces glabri; corollæ petala sat magna, albo-violacea.

Sisymbrium arenosum L. Grodnensis, pratensis, florens maio, communis: annua: flores suaveolentes. Lugdunea, montana.

Obs. Huc reduco specimina nostra, caule quadriunciali; foliis radicalibus rubescentibus, simpliciter dentatis; petalis absolute purpureis: plurima etiam specimina exhibent petala lactea.

Foliis runcinatis, caule levi.

38. Sisymbrium erucæ folio.

Caulis bipedalis, levis. Folia viridia, minime viridi-albicantia, seu nuda, runcinata, dentata seu pinnato-hastata. Flores racemosi, lutei, pusilli: siliquæ tenues, erectæ, nec laxæ, subpendulæ.

Sisymbrium Irio L. Grodnensis juxta vias, rarior, florens julio: annua. Lugdunea.

Foliis runcinatis, caule hispido.

39. Sisymbrium hirsutum.

Habitus præcedentis. Caulis retrorsum hispidus. Folia runcinata, seu pinnatifida; extima pinna triangulari, acuta, hirta. Flores racemosi; petala parva, luteola; pedunculi longi, hirsuti: siliquæ tenues, vix patentes.

Sisymbrium Loeselii L. Grodnensis Labnæ, florens julio. Delphinalis.

Petalis calyce brevioribus.

Foliis multifidis, linearibus.

40. Sophia multifida.

Caulis erectus, cubitalis, ramosus: ramis apertis. Folia hirsuta, pinnatifida: pinnis dentatis, rectis aut retrorsum versis; terminali triangulari, maxima; superiora trifida. Flores spicati; parvi; calycis folia non gibba, subhirsuta; petala minima, lutea, calyce breviora:

siliquæ hirsutæ teretes, fine conico, spicæ appressæ: semina pauca, sex.

Sisymbrium sophia L. ubique prope Grodnam, in ruderibus: florens initio junii: perennis. Lugdunea. Herba a longe ingratum spargens odorem; externo usu in ulceribus sordidis utilis.

Obs. Non immerito Clar. Guettardus proprium genus constituit Sophiæ, sub nomine Descuriæ: certe toto habitu & fructificatione, differt a Sisymbriis. Inveni specimina, in quibus morsu insectorum racemus florum tali modo fuit alteratus, ut exhiberet glomerulum numerosorum florum, inter se coalitorum.

FINIS SECUNDÆ COLLECTIONIS.

SERIEI SECUNDÆ,

SEU

POLYPETALORUM

COLLECTIO III.

PLANTÆ FLORIBUS DIFFORMIBUS.

Staminibus denis, in duo systemata dispositis.

DIADELPHIÆ LINNÆI.

PAPILIONACEÆ TOURNEFORTII.

LEGUMINOSÆ BOERHAAVII.

CLASSIS est naturalis fructus fabrica & numero petalorum, cum filiquofis tetrapetalis conjuncta. Calyx monophyllus feu unifolius, inæqualiter quinquefidus: flos irregularis, utcumque figuram papilionis volantis exhibens. Petala plerumque quatuor, passim quinque, quando carina divisa; in nonnullis speciebus omnia petala unguibus coalita: petalum supremum, vexillum dicitur; lateralia duo, alæ appellantur; imum petalum carina, quæ est cava, germenque continet. Stamina novem, filamentis coalita, uno libero manente; in nonnullis speciebus omnia filamenta connata. Fructus dicitur le-

gumen, in plerisque ex duabus valvis suturis coalitis; quarum superior aperitur; semina ad superiorem pedunculis suspenduntur : hæc semina in plerisque speciebus farinosa, proprio blando sapore prædita, sæpe homini, semper avibus & quadrupedibus herbivoris, optimum mucum nutritivum largiuntur : in hac familia sicut in aliis naturalibus, plurima genera ab auctoribus stabilita, arbitraria sunt, vix rigorose determinata.

FASCICULUS PRIMUS.

PAPILIONACEÆ.

FOLIIS SIMPLICIBUS ET TERNATIS.

FOLIA SIMPLICIA.

PISTILLUM DEPRIMENS CARINAM.

Stigma involutum.

Foliis glabris.

1. Genista inermis.

Frutex. Caules inermes, numerosi, ramosi, cubitales, duri. Rami striati, teretes, erecti. Folia lanceolata, glabra, conferta. Flores spicati, subsessiles, lutei; calyx bilabiatus, dentibus duobus superioribus brevioribus : vexillum oblongum, angustum, sicut alæ, a staminibus distans : legumen elongatum, planum.

Genista tinctoria L. communis prope Grodnam, in sterilibus; florebat junio. Lugdunea. Tingit lanas colore luteo; semina purgantia; sal cinerum diureticum, in herpete, scabie, pretiosum.

Obs. Florens minor, vix altitudine sex pollicum. Folia alterna, sessilia, non rigorose in florente glabra: Folia modo latiora, modo angustiora, plerumque acuminata, sed passim obtusa. Florum spica modo elongata, modo abbreviata; in nostris majores sunt quam in speciminibus gallicis: flores inferiores breviter pedunculati, pauci; superiores sessiles. Nervi foliorum diaphani.

Foliis hirsutis.

2. Genista spinosa.

Caules fruticosi, cubitales, erecti, ramosissimi. Spinæ ramosæ in ramis vetustis. Folia ovato-lanceolata, hirsuta. Rami floriferi, inermes: flores longi. Legumen breve, hirsutum, nigrum.

Genista Germanica L. Nunquam inveni circa Grodnam; observavi florentem junio, juxta ripas Vistulæ, non longe a Varsavia. Lugdunea.

Obs. Ex una gemma nascuntur folia majora, similia foliis Genistæ tinctoriæ; alia lateralia, minima, linearia: non modo folia sunt hirsuta, sed etiam calyces & summi rami.

FOLIA TERNATA ET SIMPLICIA.

FILAMENTA ADHÆRENTIA GERMINI.

Stigma adnatum, villosum.

Ramis angulosis.

3. Spartium angulosum.

Frutex sexpedalis: ramis angulatis. Folia inferiora ternata, hirsuta, obverse cordata; superiora simplicia, lanceolata. Spica florum rarior, intermixtis foliis: flores peduncu-

lati, maximi; calyx coloratus, albus; vexillum amplum; stigma supra villosum; filamenta germini adhærentia. Legumen nigrum, compressum: semina plurima.

Spartium Scoparium L. in Lithuania observavi, in districtu Brzescienfi; florebat initio julii. Lugdunea. Flores & semina; efficacia purgantia absque torminibus; sal cinerum œdematias & hydropem, post febres supervenientes, certe profligat.

LEGUMEN RHOMBEUM, SESSILE.

Vexillum striatum.

Floribus racemosis, lateralibus.

4. Ononis purpurea.

Caulis decumbens, ramosissimus: rami senescentes spinosi, juniores villosi. Folia inferiora ternata, serrata, petiolis foliaceis; superiora solitaria. Flores rosei, racemosi, axillares, plerumque duo, seu gemini. Calyx quinquefidus, dentibus linearibus. Vexillum striatum, magnum. Legumen turgidum, sessile, breve. Semina tria: filamenta connata, absque sissura.

Ononis arvensis L. olim spinosa, fat frequens prope Grodnam; florebat initio julii: perennis. Lugdunea. Radix sæpius tentata, nunquam nobis evidenti modo apparuit diuretica.

Obs. Specimina nostra Lithuanica prorsus habitu differunt a Gallicis. Folia, & flores majores: in nostris caules villosi; folia fere longitudine unius pollicis; latitudine sex linearum, serrata, serratulis inæqualibus; rami quasi tomentosi; calyces villosi, dentibus quinque, linearibus longis. Vexillum magnum, striatum, carnei coloris, striis

rubris. Alæ albefcentes; carina apice rubefcens. Germen breve, turgidum, villofum. Legumen etiam villofum. Rami herbacei, vifcofi. Inveni fpecimen foliis minoribus, quod, jam maturis leguminibus, fupra racemum produxerat folia nova. Specimina noftra, fructibus maturis, nunquam nobis exhibuerunt fpinas; tales invenimus in varietate foliis minoribus: unde adhuc incertum manet, an Ononis mitis Linnæi non fit diverfa a fpinofa.

FOLIIS OMNIBUS TERNATIS.

LEGUMEN PEDICELLATUM.

Calyx bilabiatus.

Foliis inferne lanuginofis.

5. Cytifus pubefcens.

Frutex pedalis & cubitalis; cortice caftaneo, ramofus; ex una gemma folia & flores, aut rami novi, non floriferi. Flores tres aut quatuor erecti; pedunculi albi, breviores calyce: calyx tubulofus, albefcens, longitudine fex linearum; labium fuperius bidentatum, dentibus triangularibus, erectis, vexillo appreffis; labium inferius unidentatum, apex dentium albus, villofus. Vexillum luteum, magnum, longitudine calycis emarginatum, ungue excavato, lamina plicata inferius, lateribus extus inverfis. Semicanale unguis melleis guttulis onuftum. Alæ luteæ, duplo vexillo breviores, anguftæ. Carina longitudine alarum, fubviridis, unguibus duobus diftinctis formata, quorum lamina in unum petalum concavum coalefcit. Columna ftaminum fat craffa, vix unum ftamen feparatum. Antheræ decem, crocei coloris. Germen villofum,

jam in uno flore legumen incipiens villosum, planum; unius pollicis longitudine. Folia ternata, lamina inferiore sericea, argentea; superiore læte viridi. Gemmæ superiores floriferæ & foliiferæ: tria folia concomitantur ramos & flores. Longitudo totalis floris quatuordecim linearum, absque pedunculo: longitudo pedunculi vix quatuor linearum: folia floribus breviora.

Cytisus supinus L. varietas B. in silva prope Bialystok, juxta viam Varsaviæ; florentem inveni fine maii. Frutex basi decumbens, sed rami erecti. Flores mixti cum foliis: in nonnullis speciminibus spicam peragunt longitudine quinque pollicum, in aliis spica brevior. Petioli foliorum inferiorum filiformes, longi. Folia subamara.

LEGUMEN VIX CALYCE LONGIUS.

Flores racemosi, seu Meliloti leguminibus nudis, polyspermis.

Leguminibus rugosis, turgidis.

6. Melilotus rugosus.

Caulis durus, erectus, ramosus, tripedalis & ultra. Folia ternata, glabra, glauca, ovata, serrata. Flores racemosi; pedunculi racemo longo, spicæformi: bracteæ capillares, ad originem pedunculorum; calycis dentes breves, imus brevissimus. Vexillum plicatum, leviter bifidum. Alæ longitudine vexilli. Carina sessilis, fine rotundo, non recurvo. Legumen rugosum, breve. Semen acutum, pendulum, unum aut duo. Flores albi, aut lutei, minimi.

Trifolium melilotus officinalis L. ubique prope Grodnam,

in pratis, florens julio ☉ annua. Lugdunea. Etiam eſt frequens varietas tertia Linnæi, ſeu melilotus vulgaris altiſſima fruteſcens, flore albo, quæ eſt biennis: diſtinguitur caule altiori, floribus minoribus, vexillo lateribus deflexo. Melilotus ſicca flagrantior viridi, planta validi peculiaris odoris, acris & amara, ſapore ingrato; tamen pecori non diſplicet. Flores ſuaviſſimum ſpargunt odorem. Male inter emollientes indicantur; ſunt tamen antiſpaſmodici; in plurimis ſpeciebus colicæ indicati.

Leguminibus glabris, lanceolatis.

7. Melilotus luteſcens.

Caulis teres, quatuorpedalis. Folia minora quam in præcedenti, acuminata, ſuperne acute ſerrata. Flores racemoſi, pallide luteſcentes, remotiores, pedicellis longioribus; florum vexilla replicata. Alæ oblique divaricatæ, ſed non extrorſum marginibus longitudinaliter conniventes. Legumina diſperma, vix rugoſa, lanceolato-acuminata, longiora quam in præcedenti.

Trifolium Melilotus Polonica L. copioſe creſcentem in ſilva Bobrowſzczyzna obſervavi, florentem fine junii; perennis. Odor florum ſuaviſſimus.

FLORES CAPITATI.

Lotoidea Leguminibus tectis, polyſpermis.

Caule repente.

8. Trifolium repens.

Caulis repens, ramoſus, ſemipedalis. Folia ternata, ſerrata, nervoſa, ſubcordata, emarginata, glabra, ſæpe macula albeſcente notata. Stipulæ venoſæ, ovato-lanceolatæ.

Flores capitati : capitulo fubumbellari, feu depreffo ; calyx albus, aut purpureus ; dentibus duobus fuperioribus brevioribus : flores primò albi, fenfim carnei evadunt. Vexillum alis duplo longius. Carina breviffima. Legumen torofum, calyce longius. Semina plerumque quatuor.

Trifolium repens L. communis ubique in pafcuis, prope Grodnam, florens junio : perennis. Lugdunea.

Caule afcendente, fiftulofo.

9. Trifolium fiftulofum.

Caulis ramofus, fulcatus, fuberectus, cubitalis, durior, fiftulofus. Folia ovato-acuta, ferrato-denticulata, majora, non maculata. Capitulum florale, compreffum : flores albi, fat magni. Legumen plerumque difpermum, aut tetrafpermum.

Trifolium hybridum L. fat frequens in pafcuis, prope Grodnam, florens junio : perennis. In plerifque attributis convenit cum repenti.

Lagopoda calycibus villofis.

Stipulis membranaceis, flore monopetalo.

10. Trifolium purpureum.

Caules plurimi, procumbentes. Stipulæ albæ, venis rubris pictæ, ariftis capillaribus terminatæ. Folia ternata, ovata, mollia, fericea, macula alba notata. Flores fpicati : fpica brevi, fubpilofa, cincta ftipulis oppofitis, membranaceis feu feffilibus, inter folia oppofita. Corolla monopetala, carnea aut purpurea. Capfula ovata. Semen reniforme.

Trifolium pratenfe L. ubique prope Grodnam, in pratis florens tota æftate : perennis. Lugdunea. Paffim invenitur floribus albefcentibus & carneis. Tingit colore vi-

ridi; ex floribus melleum succum continentibus, urgente annona, panis præparari potest. Pecoribus copiosum pabulum suppeditat; sed si vaccæ copiosius hanc herbam devorant, sæpe volvulo lethifero excruciantur.

Foliis lanceolatis, serrulatis.

11. Trifolium purpureum majus.

Facies præcedentis: sed caulis erectus. Stipulæ longius petiolatæ, non aristatæ. Folia longiora, magis nervosa, superne glabra, raro maculata. Spica subglobosa, saturate purpurea. Calyx glaber, denticulis tantum hirsutis.

Trifolium Alpestre L. passim prope Grodnam; inveni florentem junio in vallibus loci dicti Poniemun: perennis. Lugdunea, montana. Simillimum trifolio pratensi, floribus; at trifolio montano, foliis. Flores capitati, capitulo depresso. Corolla monopetala, tubo longiore. Caulis sublignosus, rubens, ad angulum obtusum curvatus, in plerisque nostris speciminibus procumbens: lente crystallino video ad margines foliorum innumeros pilos, qui in junioribus foliis oculo non armato patent.

Capitulo longissimo, rubente.

12. Trifolium rubens.

Caulis erectus, firmus, cubitalis. Folia nervosa, lanceolata, glabra; oris ciliatis. Stipulæ maximæ. Spicæ terminantes, biunciales, crassæ. Calyx circulo viridi terminatus, e quo dentes pilosi oriuntur, unde spica villosa; corolla calyce longior, monopetala, purpurea. Vexillum longissimum, angustum.

Trifolium rubens L. communis prope Grodnam, in pratis, florens julio: annua. Lugdunea.

Spicis ovalibus, villosis.

13. Trifolium villosum.

Caulis erectus, ramosus, lanuginosus. Folia lanceolata, nervulo nudo terminata. Stipulæ angustæ, longe aristatæ. Spicæ ovales, terminantes, villosissimæ : villis cinereis. Corolla exigua, rubescens, calyce brevior. Legumen rotundum. Semen unum.

Trifolium arvense L. communis in arvis prope Grodnam; florens tota æstate : annua. Lugdunea. Sæpe tanquam seminatum hoc trifolium replet campos : quod sedulo colligendo, optimum & salubre pabulum largitur.

Vesicaria calycibus inflatis, ventricosis.

Calyces inflati, caules repentes.

14. Trifolium ampullescens.

Caulis repens. Folia ovata, vel cordata, glauca. Capituli florum subrotundi; calycis dentes superiores breviores; corolla purpurea; vexillum longum, album, lineis roseis pictum; calyx maturior ampullescens, reticulatus, dentibus duobus elongatis.

Trifolium fragiferum L. passim in pascuis, prope Grodnam, circa Œconomiam Labna; florens julio : perennis. Lugdunea, montana.

Lupulina vexillis corollæ inflexis.

Vexillis subulatis, foliolis lanceolatis.

15. Trifolium subulatum.

Caulis erectus, vix ramosus, cubitalis, fistulosus, hirsutus. Folia glauca, nervosissima, subtus villosa, lanceolata,

ferrulata. Stipulæ cavæ, auriculatæ; auriculis, binis, lanceolatis. Spicæ florales ovatæ, acutæ, terminantes, paucæ; calyx albus, villosus, dentibus æqualibus; corolla ex quatuor petalis alba. Vexillum angustum, longum.

Trifolium montanum L. communis, prope Grodnam, in silvis; florens maio: perennis. Lugdunea. Denticuli foliorum sunt meræ prolongationes nervorum, pilis intermixtis. Caulis & petioli hirsuti, villosi; stipulæ vaginæ siccæ, dentatæ.

Caulibus procumbentibus, floribus luteo-croceis.

16. Trifolium procumbens.

Facies præcedentis: differt capitulis minoribus, paucifloris, vexillis angustioribus, aridis, pallidioribus, minus manifeste striatis, circa fructum magis convolutis: variat caulibus pluribus, procumbentibus, & caule unico, erecto.

Trifolium procumbens L. in pascuis, prope Grodnam, frequens, florens junio: perennis. Delphinalis.

Capitulis ovalibus, strepentibus.

17. Trifolium tumescens.

Caules erecti, pedales, duri. Folia glabra, cordata. Stipulæ ovato-lanceolatæ. Spicæ florales subovatæ, densissimæ: flores pedunculati, flavi, per ætatem penduli, cum semine marcescentes, siccæ, strepentes; corolla tetrapetala; vexillum cordatum, reflexum, striatum; alæ & carina vexillo multo breviores; calyces nudi, segmentis lanceolatis. Legumen pedunculatum. Semen unum.

Trifolium agrarium L. ubique in pascuis, prope Grodnam; florens julio: annua.

Vexillo persistente, luteo, spadiceo.

18. Trifolium spadiceum.

Caulis erectus, pedalis, ramosus. Folia ima cordata; reliqua cordiformia, ovatis similiora; supra basim ad finem rotundum serrata; stipulæ magnæ: folia superiora angusta. Spicæ ovales, imbricatæ; pedunculi axillares; calyces pilosi, segmentis capillaribus. Vexilla deflexa, persistentia, lineata: flores ficci, luteo-spadicei.

Trifolium spadiceum L. in arvis prope Grodnam, communis; florebat fine augusti; annua. Lugdunéa, montana. Optima est figura Barrelieri Icon. 1024. Rami & pedunculi villoso-hirsuti.

Obs. Pili segmentorum calycis longissimi; sed plerumque calyx evadit glaber post florescentiam: flores marcescentes, castanei coloris: specimina inveniuntur, caule palmari ramosissimo, & caule simplicissimo, racemo unico, terminante, foliis angustissimis, fere linearibus. Odor hujus plantæ suavis.

Legumen teres, farctum seminibus cylindricis.

Florum capitulo depresso.

19. Lotus pentaphyllos.

Caulis cubitalis, ramosus, decumbens. Folia ternata, ovato-lanceolata. Stipulæ ovato-lanceolatæ magnitudine foliorum. Pedunculi axillares: flores capitati, capitulis depressis; corollæ luteæ; vexillum petiolatum, a reliquis petalis remotum, lineis rubentibus pictum; alæ magnæ; carina vexillo æqualis. Legumen cylindricum, gracile, polyspermum, pendulum.

Lotus

Lotus corniculata L. ubique prope Grodnam, in pascuis arenosis, florens junio, julio: perennis. Lugdunea.

Obs. Non rara est varietas caule erecto, foliis angustioribus, & leguminibus tenuioribus. In lotis nostris radix sublignosa, longissima. Flores dessicatione viridescunt.

Legumen spirale, membranaceum, compressum.

Legumine lunato.

20. Medicago falcata.

Caules duri, procumbentes, tortuosi, cubitales. Folia ternata, lanceolata, truncata, ad apicem denticulata, nervo mucronem educente. Bracteæ integerrimæ, lanceolatæ. Flores racemosi; corollæ luteæ, aut croceæ; calycis dentes angusti, imus longissimus. Vexillum emarginatum, amplum, ovatum; alæ carinæ æquales. Legumen semilunare, latum. Semina quatuor, quinque, aut sex.

Medicago falcata L. non rara prope Grodnam in pascuis, in Œconomia Labna; florens julio: perennis. Lugdunea.

Legumine contorta, floribus cæruleis.

21. Medicago contorta.

Habitus præcedentis. Caulis erectus, firmus, ramosus, cubitalis. Folia ternata, obverse ovata, angusta, obtuso apice, crenulato. Flores racemosi, racemo magis elongato; petalis cæruleis. Legumen spiraliter contortum, rotundatum.

Medicago sativa L. spontaneam inveni in plurimis pratis prope Grodnam: florebat julio; radix longissima; perennis. Planta optimum pabulum pecoribus suppeditat, sed nimium nutriens. Quatuor vicibus potest cædi absque noxa plantæ quolibet anno. Præstantissima prata artificialia format.

Legumine reniformi, flore minimo.

22. Medicago breviflora.

Caules numerosi, prostrati, pedales. Folia ternata, rotunda, serrulata, mollia, villoso-hirsuta. Bracteæ denticulatæ. Flores spicati, spicis ovalibus; corollæ luteæ, minimæ. Legumina racemosa, striata, monosperma, reniformia, subvillosa.

Medicago lupulina L. communis ubique in agris, florens tota æstate: annua. Lugdunea. In plerisque speciminibus caules numerosissimi; inveni tamen caule simplicissimo, vix triunciali. Tota planta hirsuta. Petala vix lente distinguenda. Octo flores uno versu dispositi constituunt capitulum. Dentes stipularum setacei.

FASCICULUS II.

PLANTÆ PAPILIONACEÆ.

FOLIIS COMPOSITIS.

FOLIA ET SIMPLICIA ET BIPINNATIFIDA.

Calyx turgidus includens siliquam.

Capitulo duplicato.

23. Anthyllis bicephalos.

Caules herbacei, simplices, pedales, parum foliosi. Folia radicalia longe petiolata, simplicia, ovata, aut una & altera pinnula basi ornata; caulina pinnata, pinnulis inæqualibus, impari majore. Flores parvi, capitati, terminantes: capitulo duplicato, seu ex duobus coalitis formato. Calyx ventricosus. Legumen subrotundum, calyce longiori tectum. Semen unum. Folia digitata sub fructificatione.

Anthyllis vulneraria L. communis prope Grodnam in paf-

cuis, florens initio junii: perennis. Lugdunea. Hæc species sicca, fatua, non grata pecoribus, juxta nostra experimenta iners est pro curatione vulnerum. Cæterum, sæpius varia apparet, relative ad magnitudinem & ad folia, quæ sæpe sunt integerrima. Inveni specimina, floribus albis & coccineis.

Capitulo simplici.

24. Anthyllis monocephalos.

Radix sublignosa, rubescens; folia radicalia petiolis longis, villosis; alia simplicia, ovato-lanceolata; alia similia simplicibus, sed ad petiolum duo aut tria paria foliolorum ovato-lanceolatorum producentia. Caulis erectus, villosus, a basi ramosus, ramos duos tantum producens, pedales. Folia caulina tria, alterna, pinnata, foliolis anguste lanceolatis, impari vix majore, novem aut septem: folia omnia villosa. A media parte ramorum flores capitati capitulo simplici, paucifloro, a sex ad octo; bracteæ amplissimæ sub quolibet capitulo, palmatæ; lobis in inferioribus numerosioribus; pedunculus generalis non sessilis; calyx albus, tomentosus: flores coccinei.

Communis prope Grodnam in pascuis, florebat julio: perennis. Nullam similem invenio apud Linnæum, nisi sit simplex varietas Anthyllis vulnerariæ.

FOLIA ALATA, PINNATA.

STILUS SUPRA PLANUS VILLOSUSQUE.

Foliis binatis, seu cirris diphyllis.

Radice glandulosa.

25. Lathyrus tuberosus.

In radice tubera piriformia, suspensa, filis reptantibus. Caulis triquetrus, pedalis, debilis, internodiis nudis,

Folia binata, ovata, obtufa; intermedio cirro trifido. Pedunculi quadriflori aut quinqueflori; corolla rofea. Legumen longum, recurvum. Semina duodecim.

Lathyrus tuberofus L. paffim invenitur circa Grodnam; inveni florentem in agro Œconomiæ Wiercilifzki. Lugdunea.

Foliis lanceolatis; internodiis nudis.

26. Lathyrus denudatus.

Caules ramofi, debiles, cubitales. Stipulæ magnæ. Folia binata, lanceolata; intermedio cirro fimplici. Pedunculi octoflori; corollæ flavæ. Legumen curvatum, breve. Semina fublutea.

Lathyrus pratenfis L. communis in omnibus pratis prope Grodnam, florens fine maii: perennis. Lugdunea.

Foliis enfiformibus; floribus rofeis, purpureis.

27. Lathyrus variegatus.

Caulis alatus, fcandens. Folia binata, enfiformia, tenera; intermedio cirro ramofo. Stipulæ exiguæ. Pedunculi quinque aut fexflori; corollæ parvæ; vexillum rofeum, venofum; alæ purpureæ; carina bafi fubviridi. Legumen biunciale, anguftum, fine curvo. Semina exafperata.

Lathyrus Silveftris L. fat frequens in filvis prope Grodnam, juxta Niemen; florens initio julii: perennis. Lugdunea, montana.

Foliis lanceolatis, latis; flore purpureo, fpeciofo.

28. Lathyrus purpureus.

Facies Silveftris: caulis alatus. Folia ovato-lanceolata, rigida, latiora. Pedunculi duodecimflori: flores majores, unciales. Legumina triuncialia. Semina viginti.

P. 261 . N. 31.



Sculp. Prod.

Orobus tuberosus . L .

Lathyrus latifolius L. frequens in filvis, Lofofnæ, & alibi circa Grodnam; florens initio junii, perennis. Delphinalis.

Foliis pinnatis, feu cirris polyphyllis.

29. Lathyrus viciæformis.

Caulis erectus, cubitalis. Folia fena, lato-lanceolata, ariftata, cirro ramofo. Stipulæ lanceolatæ. Flores racemofi, a quatuor ad octo in racemo; corolla cærulea, majori parte vexilli & alarum alba.

Lathyrus paluftris L. fat frequens prope Groddam, in pratis paludofis juxta amnem; florens fine junii: perennis.

Stilus linearis, tertiufculus, fupra villofus.

Caule fimplici, foliolis ovatis.

30. Orobus purpureo-cæruleus.

Radix lignofa, nigra. Caulis pedalis, fimplex, erectus, alternis angulis flexus. Folia pinnata, paria duo aut tria, impari nullo, magna, ovato-lanceolata. Stipulæ bafi fagittatæ, integerrimæ, magnæ. Flores racemofi, terminantes, a quatuor ad decem; calyx bafi obtufus; laciniis fuperioribus profundioribus, brevioribus; ftilus linearis; vexillum amplum, purpureum; alæ cæruleæ; carina viridi-cærulea. Legumen teres, rectum. Semina plurima.

Orobus vernus L. communis prope Grodnam, in omnibus filvis; florens aprili: perennis. Inveniuntur fpecimina foliis anguftioribus, floribus albo-rofeis. Delphinalis: Lugdunea, montana.

Foliis angustis, radice tuberosa.

31. Orobus tuberosus.

Facies præcedentis. Radix composita tuberibus & plurimis radiculis. Caules alis foliaceis. Folia lanceolata, duo paria in pinna. Racemi quadriflori: flores rosei, purpurei. Legumen rectum, sine curvum.

Orobus tuberosus L. non rara prope Grodnam, in pratis silvarum juxta Niemen: perennis. Lugdunea.

Caule ramoso.

32. Orobus niger.

Radix longa, crassa. Caulis ramosus, erectus, cubitalis. Stipulæ lanceolatæ, parvæ, basi hastatæ. Folia pinnata, sex paria foliorum ovato-oblongorum. Flores racemosi, purpurei, a sex ad duodecim, in quoque racemo longe pedunculato.

Orobus niger L. communis prope Grodnam, in omnibus silvis; florens julio: perennis. Lugdunea. Habitus viciæ, unde bonum nomen Rivini, orobus viciæ folio. Radiis dulcis in herpetibus decoctum utile.

STILUS SUB STIGMATE BARBATUS.

Pedunculis elongatis, multifloris.

Foliolis ovatis, imis sessilibus.

33. Vicia ochroleuca.

Radix lignosa, longissima. Caules tripedales, debiles. Folia pinnata: foliolis ovatis, magnis, primo pare sessili; alia breviter petiolata, integerrima, una facie subglauca.

Racemi multiflori. Flores ochroleuci. Legumen glabrum, oblongum, compressum. Semina nigra.

Vicia pisiformis L. non rara prope Grodnam, in silvis juxta Niemen, florens julio: perennis.

Foliolis ovatis, reflexis.

34. Vicia variegata.

Caulis sexpedalis, alatus, ramosus, debilis. Folia pinnata, ovata, mucronata. Stipulæ parvæ, dentato-serratæ. Pedunculi sex, octoflori, longitudine foliorum; Calyx coloratus; vexillum violaceo-purpureum; alæ apice solo purpureo. Stigma latere inferiore transverse barbatum. Legumina pendula, nigra, lata. Semina sex.

Vicia dumetorum L. in silvis prope Grodnam, juxta Niemen; florebat initio julii: perennis. Lugdunea.

Floribus ex albo variis.

35. Vicia fœtens.

Caulis tripedalis, angulosus, ramosus. Folia pinnata; foliola octo, ovalia. Stipulæ parvæ, denticulatæ. Pedunculi multiflori, axillares. Flores duodecim, penduli; calyx albescens; vexillum album, lineis cæruleis pictum; alæ & carina cæruleæ, albescentes. Legumina glabra, pendula.

Vicia Silvatica L. prope Grodnam in silva Palatii Radziwill: florebat junio: perennis. Delphinalis.

Caule erecto.

36. Vicia frutescens.

Caulis vix pedalis, erectus. Foliola dena, ovato-acuminata. Stipulæ angustæ, integræ. Pedunculi foliis breviores, sex, octoflori; corollæ albo-cærulescentes. Legumen planum, breve, acumine curvulo.

Vicia Caſſubica L. communis prope Grodnam, in arenoſis ſilvis Poniemun, florens julio : perennis.

Foliolis lanceolatis, pubeſcentibus.

37. Vicia imbricata.

Caulis bipedalis, debilis, ramoſus. Stipulæ integræ. Foliola ultra duodecim, anguſta, lanceolata, deflexa, pubeſcentia. Pedunculus multiflorus, ad triginta. Flores penduli, imbricati, exigui, ſecundi, purpureo-violacei. Legumen breve, tumidum ; fine acuto, recurvo. Semina decem, nigra.

Vicia Craca L. communis, prope Grodnam in pratis, florens julio : perennis. Lugdunea. Non rara eſt varietas floribus niveis.

Floribus axillaribus, ſubſeſſilibus.

Stipulis nigra macula notatis.

38. Vicia notata.

Caulis pedalis, tortuoſus, ſimplex. Stipulæ bipartitæ, ſerratæ, macula nigra notatæ. Foliola ſex, ovalia, retuſa : cirrus ramoſus. Flores axillares, bini, breviſſime pedunculati, penduli, coccinei præter carinam lividam, magni. Legumen longum, erectum, hirſutum, nigrum. Semina viridia, maculis nigris notata.

Vicia Sativa L. communis, prope Grodnam in arvis, florens junio : annua. Lugdunea. Invenitur foliis retuſis, lateſcentibus, & foliis linearibus pubeſcentibus.

Foliis inferioribus obcordatis, ſuperioribus linearibus.

39. Vicia minima.

Caules plurimi, palmares, procumbentes ; ſtipulæ ſimplices ;

foliola sena, inferiora obcordata. Flores solitarii, sessiles, axillares, purpureo-cærulei. Legumen sessile, glabrum, solitarium, erectum.

Vicia lathyroides L. in arvis prope Grodnam frequens; florens initio maii: annua. Lugdunea, montana.

Foliolis obtusis. Leguminibus subquaternis.

40. Vicia rotundifolia.

Caulis alatus, quinquepedalis. Stipulæ parvæ, argute dentatæ. Foliola ad quatuordecim, ovato-oblonga, integerrima, subhirsuta. Pedunculi brevissimi, quadriflori: flos inelegans; vexillum amplum, obscure cæruleum, venis saturatioribus, reticulatis pictum. Legumina recta, brevia, pediculata, erecta. Semina sex, maculosa.

Vicia Sepium L. in omnibus silvis prope Grodnam, florens initio julii: perennis. Lugdunea.

Calyx quinquepartitus, subæqualis, longitudine fere corollæ.

Pedunculis subbifloris, legumine glabro.

41. Ervum glabrum.

Caulis palmaris, debilis, ramosus, stipulæ simplices. Foliola octo, decem, lineari-lanceolata; pinna cirro ramoso terminata. Pedunculi longi, biflori, aut uniflori: flos parvus, sanguineus, aut violaceus. Legumen pendulum, breve, glabrum, ovali-oblongum. Semina tria, quatuor. Calyx quinquepartitus, longitudine fere corollæ.

Ervum tetraspermum L. frequens prope Grodnam, in arvis cultis; florebat junio: annua. Lugdunea.

Pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis.

42. Ervum hirsutum.

Caulis pedalis, & bipedalis, debilis, ramosus. Stipulæ imæ quadrifidæ, dentatæ; superiores simplices. Foliola linearia, subhirsuta, viginti in pinna cirro ramoso terminata. Pedunculi axillares, biunciales, bi-tri-& quinqueflori. Flos parvus; vexillum pallide cæruleum; alæ concolores. Legumen pendulum latum, hirsutum. Semina duo globosa. Calyx brevior corolla.

Ervum hirsutum L. etiam frequens prope Grodnam, in arvis; florebat julio: annua. Lugdunea.

Legumen articulatum, arcuatum.

Floribus paucis, subumbellatis.

43. Ornithopus subumbellatus.

Caules pedales, ramosi, prostrati. Folia pinnata; foliola triginta & ultra in pinna, perexigua, hirsuta, ovata. Pedunculi multiflori: flores subumbellati, quinque, flavi. Legumina arcuata, unguiculo terminata, articulata, subumbellata.

Ornithopus perpusillus L. inveni florentem junio, in campo arenoso loci dicti Stanislawow, prope Grodnam: annua. Sed crederem advenam; nam anno sequenti in eodem loco, nec in aliis potui invenire. Lugdunea.

Legumen isthmis intersectum, rectum.

Capitulis florum subumbellatis, petalis albo-rub.

44. Coronilla varia.

Herba. Caules prostrati, ramosissimi, cubitales, angulosi. Foliola in pinna viginti, glauca, ovata, glabra, emar-

ginata, nervo in spinam continuato. Pedunculi multiflori, longi: flores circiter viginti, subumbellati; vexillum purpureum; alæ carneæ; legumina erecta, teretia, torosa, numerosa; calyx bilabiatus, dentibus duobus superioribus connatis; vexillum vix alis longius.

Coronilla varia L. communis prope Grodnam, in arvis; florens julio: perennis. Lugdunea. Frequens varietas petalis totis albis.

Legumen articulis subrotundis, compressis, echinatis.

Floribus spicatis.

45. Hedysarum echinatum.

Radix longissima. Caules erecti, ramosi, angulosi, bipedales. Folia in pinna sedecim ad viginti, ovata, retusa, nervo terminali eminente. Stipulæ coloratæ, ovato-lanceolatæ, aristatæ. Flores spicati; vexillum reflexum, carneum, venis coccineis pictum; alæ parvæ, calyce breviores. Legumen breve, aculeatum. Semen unum.

Hedysarum onobrychis L. inveni florentem prope Grodnam, in prato Horodnicz & in nonnullis aliis, julio: perennis. Sed crederem advenam. Lugdunea, communis.

Legumen biloculare.

Leguminibus arcuatis, floribus luteis.

46. Astragalus lunatus.

Caulis procumbens, ramosus, tripedalis. Stipulæ lanceolatæ. Foliola in pinna octo, decem aut duodecim, cum impari, ovalia, magna. Pedunculi axillares, foliis breviores, decemflori. Flores racemosi, racemo lato, brevi; corolla

ochroleuca, cum viridi pallore. Siliqua erecta, crassa, arcuata, superiori latere exsculpta, seu subtriquetra, vere bilocularis. Semina reniformia, multa.

Astragalus glyciphyllos L. frequens in silvis prope Grodnam, juxta Niemen; florebat julio: perennis. Lugdunea. Folia cum amarore dulcia; in herpetibus, torminibus ventris, ischuria, sub forma decocti utilissima.

Caule erecto, leguminibus subulatis.

47. Astragalus ochroleucus.

Caulis pedalis, ramosus, durus, pilosus. Folia pinnata; foliolis viginti, elliptico-lanceolatis, angustis, villosis. Pedunculi axillares, longi, erecti: flores spicati, ad quindecim; calyx albus, villosus; petala ochroleuca. Legumina albicantia, sericea, erecta, fere cylindrica, subulata.

Astragalus pilosus L. in arvis prope Grodnam, florebat julio: perennis. In Œconomia Labna etiam invenitur. Lugdunea.

Vexillis flore duplo longioribus.


48. Astragalus longiflorus.

Caulis pedalis, ramosus, diffusus, durus, sericeus. Folia pinnata; foliolis imorum ovato-lanceolatis, superiorum gracilibus, linearibus, acutis, sericeis. Flores spicati, circiter viginti, terminantes ramos; calyces longi, villosi, albicantes: flos longus, uncialis, strictus, cæruleo-purpureus. Legumina erecta, brevia, hirsuta, turgida; stilo curvo.

Astragalus onobrychis L. in arvis prope Grodnam; florebat Stanislawow, fine julii: perennis. Lugdunea.

POLYGALA ἀλπικανθόλευκος

amara. L. P. 269. N. 50.



Subcaulescens, procumbens.

49. Aſtragalus incanus.

Caules procumbentes, hirſuti, duri. Folia pinnata: foliolis albeſcentibus, villoſis, anguſtis. Pedunculi erecti, longitudine foliorum: flores erecti, ſubracemoſi, purpurei.

Aſtragalus arenarius L. communis, in arvis arenoſis prope Grodnam; florens auguſto: perennis. Delphinalis.

FASCICULUS III.

PAPILIONACEIS AFFINES,

DIADELPHIÆ LINNÆI.

Stamina octo.

Foliis imis ſubrotundis.

50. Polygala rotundifolia.

Caules ſubprocumbentes, vix palmares, lignoſi. Folia inferiora ſubrotunda, firmula; ſuperiora linearia. Flores ſpicato-racemoſi, cærulei; calyx trifolius. Foliola viridia, brevia; intus duo foliola calycina petaloidea, cærulea. Petala vera tria, inferius fimbriatum; filamenta duo plana, octo ſtamina producentia. Fructus cordatus, bilocularis.

Polygala amara L. communis in paſcuis aridis ſilvarum Grodnenſis, florens maio: perennis. Lugdunea, montana. Folia amara, decocta magna doſi, vere purgantia & diuretica; parca doſi in phthiſi, pleuritide, peripneumonia, certis experimentis utile adjuvans.

Obſ. Polygala Lithuanica. Florebat prima maii; communis

in silvis juxta Niemen prope Grodnam. Suffrutex altitudine quatuor pollicum. Radix lignosa, tenuis. Caules plurimi ad 20, ex hac radice: omnes certe erecti. Folia caulium lignosorum spathulata seu obverse ovata, integerrima, saturate viridia, glabra, quasi buxea, seu crassiuscula, firmula. Caules novi, vernales, herbacei; folia caulium vernalium alterna, lanceolata, luteo-viridia. Flores in novis tantum ramis spicato-racemosi. quinque foliola calycina; colorata, saturate cærulea; duo majora lateralia; seu alæ; supremum concavum; inferiora duo angustiora, linearia, linea viridi notata. Corollæ labium superius bipetalum, concavo foliolo superiori calycis tectum; labium inferius bipetalum, tribus laciniis in quoque petalo, unde fimbriatum. Stamina breviora pistillo; antheræ luteæ: flores nutantes, passim rubri & albi. Bractea squamosa, colorata, cærulea, ad originem cujusque pedunculi. Videtur polygala minor, foliis ad radicem rotundiusculis Helvingii, Flora quas. p. 40. Ergo juxta Hallerum, mera varietas p. amaræ, sed insignis.

Foliis omnibus lanceolatis.

51. Polygala angustifolia.

In plurimis similis præcedenti: caules erecti, altiores, herbacei. Folia angustiora, lineari-lanceolata, leviter amara. Flores cærulei, spicato-racemosi.

Polygala Vulgaris L. communis in pascuis silvarum & juxta vias, Grodnensis, florens junio: perennis. Lugdunea. Huc veniunt plurimæ varietates, scilicet, floribus albis, cæruleo-albis, purpureis; foliis omnibus linearibus, & foliis inferioribus latioribus, ovato-lanceolatis: in hac specie spica laxior, in præcedenti densior.

Stamina sex.

Radice simplici, foliolis angustis.

52. Fumaria angustifolia.

Caules succulenti, ramosi, diffusi, semipedales & pedales. Folia glauca, multifida, seu pinnata: pinnis angustis, pinnatis: pinnulis trilobis: lobulis trifidis & bifidis. Flores racemosi, remoti; calyx dentatus, bifolius; corolla ringens, calcarata, tetrapetala, viridi-atro-purpurea; filamenta duo, membranacea, apice tricuspide; antheris tribus pro quolibet filamento. Fructus: siliqua globosa, monosperma.

Fumaria officinalis L. frequens prope Grodnam in arvis; florens fine junii: annua. Lugdunea. Planta succulenta, amara; succus magna dosi, ad tres uncias, sat frequenter plurimas evacuationes alvi procurat, & vomitum excitat; decoctum in scabie, herpetibus, rheumatismo, hypochondriasi, probatum remedium practicis concedit.

Obs. Invenimus circa Grodnam varietatem foliis angustissimis, caule simplici, floribus albis.

Radice bulbosa, bracteis integris.

53. Fumaria bulbosa major.

Radix subrotunda, bulbosa, solida. Caulis pedalis, simplex, erectus, bifolius. Folia glauca, glabra, pinnata: pinnis denuo pinnatis: pinnulis multilobis: lobis obtusis, latis. Flores racemosi, floribus approximatis. Bracteæ ovato-lanceolatæ. Calyx nullus. Flos magnus, calcaratus, purpurascens. Fructus: siliqua oblonga, rostro terminata, polysperma.

Fumaria bulbosa L. varietas solida, communis prope Grodnam, in pratis silvarum; florens fine aprilis & maio: perennis. Lugdunea. Huc veniunt varietates, radice bulbosa, cava, & altera floribus albis, aut roseis.

Obs. Flos super pedunculum sicut acus pyxidis. Petala tali modo conglutinata, ut rigorose dici posset monopetalodes: duo petala majora constituunt quasi duo labra aperta, quorum unum posterius elongatur, figuram cornu referens, alterum posterius vix prolongatur; in fauce duo alia petala minora; plicata, inter se agglutinata, amplectuntur genitalia. Antheræ minimæ. Stigma maximum, capitatum, villosum.

Radice bulbosa, bracteis digitatis.

54. Fumaria bulbosa minor.

Habitus præcedentis, sed radix minor; solida. Folia numerosiora, teneriora, lobis angustioribus minora. Caulis vix palmaris. Bracteæ profunde digitatæ.

Fumaria bulbosa L. varietas intermedia, etiam communis prope Grodnam, Losofnæ & alibi; florebat initio maii: perennis. Fumariæ bulbosæ, etiam amaræ, Officinalis succedaneæ: in suppressione menstruorum & in febribus tertianis vernalibus succus probatum est remedium.

Obs. Plurima specimina exhibent tantum quatuor flores in racemo: inveni floribus cæruleis, purpureis, carneis & lacteis.

FINIS TERTIÆ COLLECTIONIS.

SERIEI SECUNDÆ,

SEU

POLYPETALORUM COLLECTIO IV.

PLANTÆ FLORIBUS POLYPETALIS.

PAUCI-STAMINEÆ.

FASCICULUS PRIMUS.

TOT STAMINA QUOT SUNT PETALA; SEU ISOSTEMONES.

FLORE DIFFORMI,

Antheris coalitis.

Nectario cucullato.

1. Impatiens cucullata.

CAULIS bipedalis, ramosus, succulentus, sub ramis intumescens. Folia longe petiolata, ovata, dentata. Pedunculi axillares, longi, quadriflori, penduli, flavi, sat magni, irregulares. Calyx bifolius, minimus. Petala quinque, inæqualia. Nectarium cucullatum. Stamina quinque brevibus filamentis, antheris maximis, coalescentibus. Fructus capsula supera, angusta, longa, nodosa,

quinquevalvis; quæ matura, ad minimum tactum semina cum impetu projicit, elastice resilientibus valvis.

Impatiens *noli me tangere* L. communis prope Grodnam, in silvis umbrosis Lososnæ & alibi; florens fine junii: perennis. Lugdunea, montana.

Herba acris & nauseosa. Certe venenosa; pauca dosi deglutita mihi anxietates, dolores ventriculi cum ardore, & conatum vomendi excitavit.

NECTARIO CORNUTO.

ACAULES.

Foliis cordatis.

2. Viola odorata.

Radix ramosa, lignosa, geniculata. Folia radicalia longe petiolata, cordata, rotunde crenata. Ex radice flagella repunt, novasque plantas producunt. Scapi debiles uniflori; bracteæ duæ lineares, hirsutæ. Flos cernuus, odore suavi, violaceus; capsula subrotunda.

Viola Martia L. non frequens prope Grodnam; passim observavi in silvis prope Niemen; florens martio: perennis. Lugdunea.

Foliis reniformibus.

3. Viola inodora.

Folia radicalia, glabra, reniformia, serrata. Scapus tener. Flos minimus, aquose cæruleus; petala lateralia, subvillosa, lineis duabus purpureis picta: petalum inferius septem lineis ramosis; calcar floris breve & crassum.

Viola paluſtris L. communis prope Grodnam, in locis uliginos Loſoſnæ & alibi; florens initio maii: perennis. Lugdunea.

Caulescentes.

Caule procumbente.

4. Viola procumbens.

Caules longi, procumbentes, ramoſi. Folia petiolata, cordata; juniora villoſa. Pedunculi uniflori: flores inodori; petala duo ſuprema violacea, pura; inferiora tria macula pallente inſignia; intermedio barbato.

Viola canina L. communis in ſilvis prope Grodnam; florens fine maii: perennis.

Caule erecto.

5. Viola erecta.

Caulis tener, erectus, ramoſus, pedalis. Folia petiolata; ima ſubrotunda, vel ovata rotunde ſerrata, ſuperiora cordato-oblonga. Stipulæ maximæ, ſemipinnatæ. Pedunculi longi, axillares. Suprema petala cærulea; media pallida, barbata; imum imberbe, ungue lato flavo, lineis ſaturate cæruleis picto: nectarium ſeu calcar breve, emarginatum. Cæterum inodorus flos.

Viola montana L. non rara in pratis ſilvarum circa Grodnam Loſoſnæ & alibi; florens maio: perennis. Lugdunea, montana.

Floribus petaloidis & apetalis.

6. Viola apetala.

Caules plurimi, palmares, triangulares, ſubvilloſi. Folia reniformia, cordata, plerumque cucullata, leviter ob-

tuſeque ſerrata. Stipulæ lanceolatæ, integerrimæ. Pedunculi villoſi, radicales, uniflori: floribus corollatis, abortientibus; flores caulini apetaloidei, fertiles: cæterum petala in radicalibus floribus albida, aut purpureo-cæruleſcentia, infimo purpureis lineis picto.

Viola mirabilis L. ſat frequens in ſilvis, prope Grodnam; florens initio julii: perennis.

Stipulis pinnatifidis.

Flore majori.

7. Viola tricolor.

Caulis proſtratus, ramoſus, brachiatus, pedalis, triqueter. Stipulæ ſemipinnatæ, medio ſegmento obtuſo. Folia ovato-cordata, dentata. Flos calyce duplo longior. Petala ſuperiora violacea, ſubvilloſa; media flava, duabus venis ſaturati coloris picta, pubeſcentia; imum cyaneum, quinque lineis ſaturatis pictum.

Viola tricolor L. communis in omnibus arvis prope Grodnam; florens julio, auguſto: perennis. Lugdunea.

Flore minore.

8. Viola bicolor.

Habitus præcedentis. Folia ad petiolum emarginata. Flos minor, cujus petala vix calyce longiora; ſuperiora albida, imum flavum, quinque nigris lineis pictum.

Viola tricolor Lin. ubique prope Grodnam, in arvis arenoſis; florens tota æſtate: perennis. Lugdunea.

Flore dipetalo.


Caule erecto.

9. Circæa erecta.

Caulis erectus, cubitalis, ramoſus. Folia oppoſita, petiolata, tenera, pene cordata, ſubſerrata, villoſo-ciliata. Flores

ALSINE ῥιζοδοντώδης C. M.

P. 276. N. 9.



Circæa Lute-tiana. L.

racemosi : racemi plurimi ; corolla bipetala ; calyx bifolius ; stamina duo ; stilus unus ; fructus inferus hirsutus, bicoccus : flos albus vel carneus ; calyx ex viridi-rufus.

Circæa Lutetiana L. Grodnensis in silvis, juxta fluvium Niemen ; florens julio : perennis. Lugdunea.

Caule decumbente.

10. Circæa decumbens.

Habitus præcedentis : caulis inclinatus, folia evidentius cordata, & vere serrata, glabra. Calyx magis coloratus, ruber. Statura humilior, vix semipedalis.

Circæa Alpina L. communis in silvis prope Grodnam, Grandzicze & alibi ; florens julio : perennis. Lugdunea, montana.

Obs. Specimina semipedalia rara in Lithuania, plerumque cubitalia, ramosissima : unde facillime concederem nullam realem differentiam adesse inter Circæam Parisiensem & Alpinam ; nec enim rami, nec figura foliorum, nec color calycum sufficiunt : hæ differentiæ a climate solo probabiliter oriuntur.

FLORE TETRAPETALO,

Capsula spinosa.

Foliis multifido-capillaribus.

11. Trapa castanea.

Caulis longus, repens. Folia immersa, multifido-capillaria, natantia, rhombea, petiolis vesicariis rosulam formantia. Flores ex centro rosulæ ; pedunculi brevissimi ; calyx quadripartitus ; corollæ petala quatuor, alba. Fructus :

nux ſpinis quatuor oppoſitis cincta, quæ ſunt calycis folia indurata.

Trapa natans L. Lithuanica, in aquis ſtagnantibus, rara; Bobrowſzczyznæ florens junio: perennis. Lugdunea. Fructus edulis.

FRUTICES.

Capſula tetragona, colorata.

Foliis minoribus.

12. Evonymus anguſtifolius.

Frutex octopedalis: rami tetragoni: folia ovato-lanceolata, ſerrata. Calyx quadrifidus, patens; corolla infera; petala quatuor albo-viridia, oris revolutis. Fructus: bacca tetragona, lobata, capſularis, quadrilocularis, quadrivalvis, angulis obtuſis, rubra, ſubvilloſa. Semina rubra, quatuor, in pulpa colorata nidulata.

Evonymus vulgaris L. communis circa Grodnam in ſilvis; florens fine maii. Lugdunea. Lignum rigidiſſimum ad inſtrumenta domeſtica peragenda inſervit. Baccæ violenter purgant; carbones ex ramis, rebus delineandis præſtantes.

Obſ. Pedunculi biflori, tri-aut quadriflori, pedicellis divaricatis. Bracteæ minimæ, vaginantes, ad baſim pedicellorum: novi rami rotundi, herbacei, antiqui tetragoni, alis ſiccis ſuberoſis.

Foliis latioribus.

13. Evonymus latifolius.

Habitus præcedentis: folia majora; petala rotunda; ſegmenta calycis rotundata, oris albidis; fructus: alæ, ſeu anguli acuti.

EVONIMVS ὀρειανθοπεντάφυλλος

Europæus. L.

P.278.N.13.



Juxta Linnæum mera varietas evonymi vulgaris : frequens etiam prope Grodnam in ſilvis, florens initio junii. Calycis foliola petalis duplo breviora; petala quatuor, ſtraminei coloris, limbo obtuſo, marginibus ſubtus revolutis; ſtamina quatuor ex foveis nectariferis in germine excavatis orta; antheræ didymæ, parvæ, albeſcentes; ſtilus viridis, ſtigma nullum.

Caule tuberculato.

14. Evonymus verrucoſus.

Habitus præcedentium : differt caule ramiſque verrucoſis, petalis rubris, punctatis, receptaculo rubris punctis variegato, defectu ſtili, vertice capſularum depreſſiore, ſeminibus ſeminigris.

Juxta Linnæum etiam varietas Evonymi Europæi; ſed jure ſagax Scopolius poſt Cluſium tanquam ſpeciem diſtinctam propoſuit. Communis in omnibus ſilvis prope Grodnam. Floret maio. Folia minora & tenuiora quam in præcedentibus, ſucculentiora, ſerratulis majoribus, irregularibus; verucæ etiam in junioribus ramis. Pedunculi tenuiores, filiformes, ſæpe uniflori; petala nigro-rubeſcentia; foliola calycis etiam nigro-rubeſcentia; capſulæ albo-roſeæ. Baſis trunci ſuppeditat aſſeres denſos, pulchre rubro, luteo, albo colore variegatos.

Fructus : bacca ſicca, rotunda.

Ramis rubris, rectis.

15. Cornus ſanguinea L.

Frutex decempedalis : rami longi, recti, cortice rubeſcente : folia oppoſita, ovato-lanceolata, ſubhirſuta : flores axillares, cymoſi; involucrum nullum univerſale;

calyx minimus, quatuor- aut quinquedentatus; petala quatuor, fupera; ftamina quatuor; ftilus unus. Fructus: drupa feu bacca ficca, nigra, nucleo biloculari.

Cornus fanguinea L. Grodnenfis, filvatica, communis; florens maio. Lugdunea. Fructus amarus & aufterus; ex eo oleum paratur ad alendas lampades utile; lignum duriffimum, aptum omnibus tornatoris operibus. Autumno folia faturate rubra.

FLORE POLYPETALO.

Fructu molli.

Flore pentapetalo.

16. Frangula pentapetala.

Frutex decempedalis, inermis. Folia ovato-lanceolata, integerrima. Pedunculi uniflori, axillares, foliis breviores; calyx campaniformis, albus, virens. Petala ex intervallis fegmentorum calycis nafcentia, minima, alba, virentia, rhomboidea; ftamina quinque, ftilus unus in quoque flore. Fructus: bacca primo rubra, deinde nigra, duos nucleos cordiformes continens.

Rhamnus frangula L. communis prope Grodnam; florens initio junii. Lugdunea. Cortex medius purgans drafticum. Lanam flavo colore tingit. Rob baccarum dulcium fcabiem ovium profligat. Folia contufa cum lana cocta colorem ei viridem impertiuntur. Carbones ramorum pulveri pyrio conficiendo inferviunt.

Floribus quadripetalis.

Spinis terminalibus.

17. Rhamnus ſpinoſus.

Frutex ramoſus, decempedalis, frondoſus, ſpinoſus. Folia ovato-lanceolata, ſerrata. Flores conferti; pedunculi uniflori; calyx campanulatus, quadrifidus; petala lanceolata, fuſca. Fructus: bacca tetraſperma, nigra. In uno individuo flores cum ſtaminibus, in altero cum ſtilo, ſeu frutex dioicus.

Rhamnus catharticus L. communis in omnibus ſilvis prope Grodnam; florens fine maii. Lugdunea.

Baccarum ſiccarum decoctum ad duas drachmas optimum purgans abſque torminibus; cortex draſticum & emeticum; ſirupus baccarum recentium etiam purgans in morbis ſeroſis, hydrope, leucophlegmatia, œdemate, nunquam ſatis laudandum auxilium. Cortex luteo colore tingit, bacca viridi.

Ramis inermibus.

18. Rhamnus inermis.

Frutex frondoſus, decempedalis, ligno duro flaveſcente, ramis inermibus. Folia ovato-lanceolata, glaberrima-duplicato-crenata. Flores dioici, conferti, pedunculis unifloris; calyx campanulatus, quadrifidus, viridis; petala quatuor, minima, ſubulata; bacca nigra ſat magna, quatuor continens ſemina: in flore maſculino petala rubra, minima, cordata. Stamina quatuor.

Rhamnus alpinus L. inveni prope Grodnam, in ſilva juxta Niemen fluvium; florebat 15 maii. Lugdunea, montana.

Fructus bacca calyce cincta.

Foliis lobatis.

19. Hedera lobata.

Caules lignoſi, ſarmentoſi, repentes aut ſcandentes : muris, arboribus, radiculis minimis affixi : folia ſplendentia, ſicca, lobata in junioribus ramis, integra in adultis : flores corymboſi; calyx minimus; petala quinque, elongata, ſucculenta, luteo-viridia ſtamina; quinque, ſtilus unus. Fructus, bacca; ſemina quinque.

Hedera helix L. nunquam inveni circa Grodnam; obſervavi juxta fluvium Bog prope Brzeſc in ſilva : floret autumno. Lugdunea, communis.

Obſ. Lignum hederæ ſpongioſum : unde pocula ex hoc ligno parata, liquores tranſmittere poſſunt. Folia ulcerum inflammationes leniunt.

FRUCTUS: BACCA INFERA.

Aculeatæ.

Bacca glabra.

20. Ribes ſpinoſum.

Frutex ramoſiſſimus, quatuorpedalis, ſpinoſus : ſpinis duabus aut tribus baſi conjunctis, apice divergentibus. Folia parva, lobata, crenata, inferius ſubvilloſa. Flores inter

folia, nafcentes ex pedunculis pendulis, unifloris; calyx quinquefidus campanulatus; petala quinque, parva, calyci inferta; ftamina quinque, calyci inferta; ftilus bifidus. Fructus: bacca fphærica, fucculenta, fubvillofa, alba: femina plurima.

Ribes uva crifpa L. communis circa Grodnam in aridis juxta Niemen; florebat fine aprilis. Lugdunea. Fructus dulces, fubacidi; copiofius comefti alvum ducunt; fermentatione vinum obtineri poteft ex fucco baccarum.

Inermes.

Racemis pilofis, bacca nigra.

21. Ribes nigrum.

Frutex ramofiffimus, quinque- & fexpedalis: folia fat magna, lobata, lobis tribus aut quinque elongatis, glabra, proprium odorem penetrantem fpargentia. Flores racemofi, oblongi; pedunculi villofi. Fructus: bacca nigra, magna.

Ribes nigrum L. communis circa Grodnam in filva Bobrowfzczyzna, juxta amnem; florebat initio maii. Tota planta odorem urinæ felinæ fpargit; folia recentia fpiritum frumenti ita tingunt, ut a fpiritu vini vix diftingui poffit; foliorum decoctum vere fluxum urinæ adauget; in morbis cutaneis, fcabie & herpete, præftans remedium; ex baccis, fermentatione, optimum vinum obtinetur.

Racemis glabris, bacca rubra.

22. Ribes rubrum.

Frutex quatuorpedalis. Folia angulofa, lobata, dentata. Flores racemofi, racemis glabris, pendulis; petala planiufcula; baccæ acidæ, rubræ.

Ribes rubrum L. in ſilvis prope Grodnam juxta Niemen ; florens initio maii.

Obſ. Gemmæ glabræ. Bracteæ flore breviores, virides, obtuſæ. Petioli ſubciliati. Frutex in hortis noſtris pro ſepibus præſtans. Rob baccarum in febribus calidis eximium refrigerans, nec etiam negligendum in febribus putridis inflammatoriis : fermentatione ſuccus baccarum, vinum & acetum parari poteſt.

Racemis erectis, bacca alba.

23. Ribes album.

Frutex tripedalis, ramorum cortice albeſcente. Folia glabra, parva, trilobata, dentata. Flores racemoſi, racemis parvis, erectis; baccæ albæ, glabræ, dulces.

Ribes Alpinum L. in ſilva Bobrowſzczyzna, ſex milliaribus a Grodna : florens maio. Lugdunea, montana.

PEDUNCULI RACEMOSI.

Petala ſex.

Foliis acidis.

24. Berberis acida.

Radix flava. Frutex ſexpedalis, a radice ramoſiſſimus, ramis rectis, ligno fragili. Spinæ ternatæ ad originem ramorum. Folia alterna, petiolata, elliptica, ſerrato-ciliata. Flores racemoſi, racemis pendulis; calyx coloratus, ex ſex foliolis, tribus interioribus majoribus; petala ſex, lutea, concava; ad ungues glandulæ duæ; ſtilus nullus; ſtigma planum, orbiculatum. Fructus : baccæ cylindricæ, rubræ : ſemina duo aut quatuor, cylindrica.

Berberis vulgaris L. communis circa Grodnam, etiam in vallibus urbis, & in plerisque silvis; florens initio junii. Lugdunea. Fruticis undique medicis pretiosi radix amara; decocta cum cerevisia purgans lene, in ictero, & in plerisque morbis ab obstructione provenientibus, jure laudata; folia acida, in scorbuto masticata utilissima; succus baccarum in omnibus febribus, quotiescunque ardor, aut putredo adsunt, miro modo sublevat ægrotantes, refrenatque ardorem febris; cum cortice radicis coria flavo colore tinguntur; coctus cum alumine in aqua, lanas & lintea luteo tingit. Stamina aciculis irritata celeri motu vibratorio, approximantur stigmati.

HERBÆ ISOSTEMONES.

FLORE POLYPETALO.

Fructu sicco.

Nectariis ciliatis, globuliferis.

25. Parnassia ciliata.

Radix ex trunco brevi radiculas innumeras producens. Caules basi rubri, pedales, tenues, erecti, simplices, angulosi, uniflori. Folia radicalia petiolata, cordata, glaberrima: in medio caulis folium unum sessile, amplexicaule. Flos fat magnus, lacteus; calyx quinquefidus; petala quinque, ovalia, lineata; nectaria quinque, seu tubercula plurimis ciliis globuliferis ornata; stamina quinque; stili quatuor. Fructus: capsula quadrivalvis. Semina plurima.

Parnassia palustris L. communis prope Grodnam, in paludosis pratis Lososnæ & alibi; florens fine augusti: perennis. Lugdunea, montana. Herba subamara; utilis est in ano-

rexia pituitosa. Sub florescentia germen stilo stigmatibusque destitutum, apice perforatum est. Stamina tum alternatim antheram foramini imponunt, explodunt pollinem, recedunt ad corollam reliquis pari modo succedentibus: hæc egregia observatio, quam confirmavimus, debetur immortali Linnæo: cæterum numerus stilorum non est constans; mox invenio unum apice quadrifidum, mox quatuor stilos vere distinctos: germen sulcatum, coloratum, albo-roseum; quatuor stigmatibus absque stilis terminatum; nunc video omnes antheras supra stigmata fornicis modo approximatas: capitula ciliorum lutea, diaphana, glabra; pro quoque nectario duodecim cilia inæqualia.

Folia globuligera.

Foliis rotundatis.

26. Rorella rotundifolia.

Folia plurima radicalia, longe petiolata, rotundata, obtusa; una facie glabra; altera pilosa, pilis globuligeris purpureis. Caulis nudus, seu scapi radicati. Flores subspicati, pauci, unilaterales; calyx quinquefidus; petala quinque, alba. Fructus: capsula unilocularis, apice quinquevalvis; semina plurima. Stamina quinque; pistilli quinque.

Drosera rotundifolia L. in paludosis circa Grodnam, collecta cum sequenti in loco dicto Lipsh; florebat junio: perennis. Lugdunea, montana.

Foliis elongatis.

27. Rorella longifolia.

Similis præcedenti: differt foliis ovato-oblongis seu ellipticis. Drosera longifolia L. semper inveni mixtam cum præcedenti, sed citius florentem. Lugdunea, montana.

Obſ. Etiam ardente ſole, a plurimis diebus folia rorellarum, ſemper humiditate madent: ſunt acria, cutem ulcerantia.

Calyce duplici.

Floribus capitatis.

28. Statice capitata.

Folia radicalia numeroſa, linearia, firma. Scapi plurimi, ſeu caules nudi, ſemipedales, uniflori. Flores capitati: capitulo convexo, globoſo; calyx communis, ex magnis ſquamis ovatis: ſquama una pro quoque flore; calyx proprius, unifolius, ſcarioſus, nitens, integer; petala quinque violacea; ſtamina quinque. Semen unum, rotundum, ſuperum; ſub capitulo vagina reflexa & lacera, caulem ſummum ambiens.

Statice Armeria L. communis in campis arenoſis & in ſilvis; florens a junio ad ſeptembrem, Grodnenſis; perennis. Lugdunea.

Obſ. Vagina ſcapi mihi videtur formata ex ſquamis inferioribus calycis communis, prolongatis. Flores pedicellis breviſſimis ſuſtinentur; calyx proprius, campanulato-tubuloſus, proprie conſlatur ex duobus calycibus agglutinatis: uno viridi quinquedentato, dentibus rubris; altero albo, perlucido, papyraceo, intus cum viridi agglutinato; petala ſæpe unguibus agglutinata; ſtamina unguibus inſerta; antheræ didymæ, luteæ; in petalis unitis video filamenta duorum ſtaminum agglutinata, juxta majorem ſuam longitudinem; ſtili baſi villoſi, ſtigmata nulla: in pluribus ſpeciminibus inveni flores tetrapetalos, tetrandros, tetragynos; frequens eſt etiam circa Grodnam varietas *ſcapo* altiſſimo, foliis craſſioribus, ſucculentis, quam ſæpe inveni floribus lacteis.

Stili quinque, capsula decemlocularis.

Foliis alternis, glaucis.

29. Linum mucronatum.

Caulis pedalis, & bipedalis. Folia alterna lanceolata, linearia, glauca. Pedunculi uniflori. Calyx quinquephyllus, foliolis mucronatis; petala quinque, cærulea, crenato-ferrata; ſtamina quinque; ſtili quinque. Capſula quinque-valvis, decemlocularis: ſemina ſolitaria, glabra.

Linum uſitatiſſimum L. advena planta, frequens, non ſeminata, in arvis prope Grodnam; florens junio: annua.

Obſ. Decoctum ſeminum lini contuſorum in dyſenteria pluries nobis leniens medicamentum obtulit: valet etiam in colicis, nephritide. Oleum ſeminum lini in curatione rheumatiſmi chronici pretioſum.

FOLIA OPPOSITA.

Caule dichotomo.

Foliis variis.

30. Linum diverſifolium.


Caulis dichotomus brachiatus, erectus, palmaris. Folia oppoſita, glauca; inferiora ovato-lanceolata, ima obtuſa, ſuperiora lanceolata. Calyx pentaphyllus; quinque petala alba, acuta, unguibus luteis. Stamina brevia, antheris luteis. Stili quinque, ſtigmatibus magnis.

Linum Catharticum L. frequens in arvis prope Grodnam, infra ſilvam Volmeri; florebat julio: annua. Lugdunea.

Obſ.

ALSINE λεπτοκαυλέλειος

P. 288. N. 30.



Linum cathar-ticum. L.



Linum catharticum. L.

Obf. Herba amara ; recens ad drachmam decocta purgans egregium abfque torminibus. Poft fecundationem , ftili tali modo fefe tangunt , ut oculo nudo unus tantum appareat. Germen jam erat in plurimis ramis magnum ; fcilicet capfula quinquevalvis , decemlocularis : in plurimis fpeciminibus , invenio folia folitaria ad originem ramorum ; in omnibus folia fuperiora funt lineari-fetacea.

Petalis quatuor.

31. Linum tetrapetalum.

Caules dichotomi , ramofiffimi , quadri-unciales. Folia oppofita , ovato-lanceolata , minima. Flores terminantes ramos fafciculati ; pedunculi filiformes, erecti ; calyx quadrifolius ; petala quatuor , ovata , emarginata ; ftamina quatuor ; ftili quatuor. Fructus octilocularis. Semina folitaria.

Linum radiola L. paffim in arenofis prope Grodnam , reperta juxta Niemen ; florebat junio : annua. Lugdunea.

FLORE POLYPETALO.

CALYCIFLORÆ.

Petala fex , ftamina duodecim.

Foliis cordato-lanceolatis.

32. Lythrum falicis folio.

Caulis erectus , quatuorpedalis , tetragonus , in fummitate ramofus. Folia oppofita , cordato-lanceolata , fubhirfuta. Flores fpicati : fpicis longis , denfis , intermixtis bracteis lanceolatis ; calyx duodecimfidus ; petala fex flaccida , purpurea , calyci inferta ; ftamina duodecim ; ftilus unus.

Fructus : capſula bilocularis, polyſperma, ſeu ſemina numeroſa.

Lythrum ſalicaria L. communis prope Grodnam, juxta ripas amnis Loſoſnæ & alibi ; florens fine julii : perennis. Lugdunea. Planta aſtringens, auſtera ; jam centies in diarrhœis cum debilitate inteſtinorum, & in dyſenteriis poſt elapſum tempus irritationis, utiliter præſcripta, ſub forma pulveris, & decocti ; pro parandis coriis pulvis etiam inſervit. Boves hanc herbam libenter comedunt. Huc venit var. foliis anguſtioribus caule vix pedali.

Foliis linearibus.

33. Lithrum hyſſopi folio.

Ex radice plurimi caules erecti, dodrantales, parum ramoſi. Folia alterna, glabra, linearia, glauca. Flores axillares, ſolitarii, aut bini, ſeſſiles ; calyx decem aut duodecimfidus : ſegmentis quinque, aut ſex rectis, latis ; ſex aliis gracilibus, reflexis ; ex ſummo calyce, petala quinque aut ſex, roſea ; ſtamina ſex ; ſtilus unus in fundo calycis : fructus cylindricus, bilocularis, polyſpermus.

Lythrum hyſſopifolia L. Inveni circa Grodnam juxta ripas ſtagni Jezlory ; florebat auguſto : annua. Lugdunea.


Petala ſex, ſtamina ſex.

Foliis ſucculentis.

34. Peplis portulacæ folio.

Caules anguloſi, ſerpentes, pedales, ſæpe radiculas ad nodos producentes. Folia obovata oppoſita, apice ſubrotunda, ſucculenta. Flores ſeſſiles, axillares ; calyx campanulatus, magnus, ore duodecimfido : ſegmentis ſeſqui-alternis, recurvis ; petala ſex elliptica, fugacea, purpurea, ca-

P. 290. N. 34.



Peplis portula. L.

lyci inserta; stamina sex; stilus unus. Fructus: capsula conica, bilocularis: semina plurima.

Peplis portula L. Inveni prope Grodnam, in pratis paludosis, loci dicti Karolin; florebat augusto: annua. Lugdunea. Plerumque in hac specie deficiunt petala, quia cadunt immediate post expansionem calycis; sed antea evolve foliola calycis cum acicula, certe observabis petala.

FASCICULUS II.

POLYPETALÆ DIPLOSTEMONES;

SEU

STAMINA BIS NUMERUM PETALORUM ÆQUANTIA.

Plantæ polypetalæ, caryophylleæ.

In his plerumque calyx quinquefolius, aut quinquefidus; Petala quinque. Fructus unilocularis, polyspermus, superus: raro numerus petalorum ad quatuor, tria, usque diminuitur.

FOLIOLA CALYCIS PLURIMA.

Stamina et stili quatuor.

Petala quatuor, calyce breviora.

35. Sagina breviflora.

Caulis ramosus, biuncialis, ramis procumbentibus. Folia basi connata, opposita, linearia, superiora fasciculata.

Pedunculi uniflori ; foliola calycis quatuor , acuta ; petala quatuor , calyce breviora , alba , ovata ; ſtamina quatuor ; ſtili quatuor.

Sagina procumbens L. ſat frequens in arvis prope Grodnam ; florens julio : annua. Lugdunea.

PELALA QUATUOR.

Stamina octo , ſtili quatuor.

Foliis verticillatis.

36. Elatine verticillatum.

Caulis radiculas inferius emittens , inde erectus , ſimplex ; craſſus , palmaris. Folia verticillata , lineata ; inferiora acutiora , reflexa ; ſuperiora obtuſa , octo , ad duodecim in quoque annulo. Flores albi ; pedunculi breves ; calyx quadrifolius ; petala quatuor ; ſtamina octo ; ſtili quatuor. Fructus : capſula quadrilocularis : ſemina minima , innumera.

Elatine alſinaſtrum L. Grodnenſis , in aquis Loſoſnæ , florens auguſto : perennis. Lugdunea.

Foliis oppoſitis.

37. Elatine ſerpyllifolium.

Caules exigui , ramoſi , vix trianciales. Folia oppoſita , ovato-lanceolata ; pedunculi uniflori ; petala ovata , quatuor roſea ; calyx major.

Elatine hydropiper L. in aquis pratorum ſilvæ Bobrowſzczyzna, florens junio : annua. Lugdunea.

PETALA QUINQUE.
Stamina quinque, stili tres.

Petalis bipartitis.

38. Alfine bipartita.

Caulis bafi procumbens, ramofiffimus, ramis erectis. Folia petiolata, ovato-lanceolata. Pedunculi uniflori; calyx hirfutus; petala alba, ad unguem bifida, longitudine calycis; ftamina quinque, feptem, & fex; piftilli tres. Alfine media L. ubique in arvis cultis, florens ab aprili ad autumnum; Grodnenfis: annua. Lugdunea.

Petalis integris.

39. Alfine breviflora.

Caulis biuncialis, erectus, pilofus. Folia linearia, pilofa. Flores panniculati, pedunculis pilofis; calycis folia pilofa; petala lanceolata, integra, calyce breviora; ftamina quinque; ftili tres; capfula turbinata, trivalvis. Alfine vifcofa Schreberi. Florentem collegi aprili in vallibus Horodniæ: annua.

STAMINA DECEM, STILI DUO.
Foliis linearibus.

Petalis magnis.

40. Stellaria grandiflora.

Caulis tener, debilis, fragilis, brachiatus, quadrangulus, bipedalis, tripedalis. Folia lineari-lanceolata, longa, integerrima. Flores panniculati, pedunculis multifloris; petala ad un-

guem bifida , alba , calyce majora ; capſula ſexvalvis ; unilocularis.

Stellaria graminea L. communis in omnibus ſilvis , inter frutices , Grodnenſis ; florens junio : perennis. Lugdunea.

Obſ. Huc venit varietas in paludoſis locis frequens ; foliis anguſtioribus ; caule breviori procumbente , quæ eſt alſine folio gramineo anguſtiore , paluſtris : Dillenii appendix.

Foliis ovatis , lanceolatis.

Petalis brevibus.

41. Stellaria breviflora.

Caules debiles , ramoſi. Folia tenera , ſeſſilia ; inferiora ovata ; ſuperiora lanceolata : omnia glauca & glabra. Flores terminantes ; pedunculi uniflori , & biflori ; calyx argute lanceolatus ; petala parva , vix calyci æqualia , ad unguem bipartita ; capſula ovata , ſubangulofa.

Eſt Alſine aquatica folio Gratiolæ , ſtellato flore , Dillenii Cat. Giſſ. p. 58. Collegi in aquoſis Horodnicæ , prope Grodnam ; florebat maio : annua.


Foliis anguſtis , ciliatis.

42. Stellaria ciliata.

Caulis cubitalis , fragilis , brachiatus. Folia lanceolata ; ſerrulata , ſeu nervo & oris ciliata , unde ſcabra. Pedunculi pauciflori : flores magni ; calyx ovato-lanceolatus , petala alba , cordiformia , ſemibifida ; capſula ſexvalvis.

Stellaria Holoſtea L. paſſim in ſilvis prope Grodnam Grandzicze ; florebat maio , junio : perennis. Lugdunea , montana.

P.294.N.41.



Stellaria uliginosa. L.

Foliis cordatis, magnis.

43. Stellaria cordata.

Caulis tripedalis. Folia cordata & ovato-lanceolata; ima petiolata; superiora sessilia, ciliata. Pedunculi uniflori; calycis foliola glabra, ovato-lanceolata, oris albis; petala calyce duplice longiora, ad unguem divisa; bracteæ ovato-lanceolatæ, duæ sub quolibet flore; stamina decem; stili tres; capsula cornuta, seu ex base rotunde in cylindrum producta, apice decemdentata.

Stellaria nemorum L. frequens in silvis prope Grodnam. Lugdunea, montana.

STAMINA DECEM, STILI TRES.

Petala integra.

Corymbis fastigiatis, foliis pulposis.

44. Gypsophila pulposa.

Caulis erectus, pedalis. Folia lanceolato-linearia, obsolete triquetra, levia, obtusa, secunda, glauca, pulposa. Flores corymboso-fastigiati; calyx monophyllus, campanulatus, angulatus; petala alba, ovata; capsula globosa, unilocularis.

Gypsophila fastigiata L. sat frequens in monticulis arenosis, juxta Niemen, prope Grodnam; florens julio: perennis.

Petalis crenatis, purpureis.

45. Gypsophila purpurea.

Caulis dichotomus, ramosissimus, quadriuncialis. Folia subulata, plana. Calyx campanulatus; petala rosea, li-

neis purpureis picta, crenato-emarginata: flores sparsi; pedunculi longi, uniflori.

Gypsophila muralis L. communis in arvis prope Grodnam, florens augusto: annua. Lugdunea.

STAMINA DECEM, STILI TRES.

Petala bipartita.

Foliis nervosis.

46. Arenaria trinervia.

Caulis hirsutus, ramosus, pedalis, durus. Folia ovato-lanceolata, trinervia, quinquenervia, subhirsuta, petiolata. Pedunculi longi, uniflori; calyx lanceolatus; petala alba, angusta, calyce breviora; stamina decem; stili tres; capsulæ conicæ, pendulæ.

Arenaria trinervia L. Inveni in pascuis prope Horodnicam, florentem maio: annua. Lugdunea.

Foliis subovatis.

47. Arenaria breviflora.

Caules semipedales, procumbentes; ramosissimi. Folia ovato-lanceolata, acuta, sessilia, subhirsuta, ciliata. Pedunculi uniflori: flores parvi; petala alba, angusta, calyce breviora; stamina decem; stili tres.

Arenaria serpyllifolia L. communis in arvis, prope Grodnam, florens junio: annua. Lugdunea.

Foliis filiformibus.

48. Arenaria rubra.

Caulis ramosissimus, prostratus. Folia linearia, filiformia, firmula. Stipulæ membranaceæ, siccæ, ovato-lanceo-




Arenaria rubra. L



Arenaria Peploides .L.

POLYGONVM ἀνθαλσινοιδές

P. 297. N. 49.



Spergula nodosa. L.

latæ ; vaginantes. Pedunculi axillares, breves, uniflori ; calyx viscidus, lanceolatus ; petala ovata, cava, purpurascentia ; stamina sæpius quinque ; stili tres.

Arenaria rubra L. communis in arvis prope Grodnam, florens julio, augusto : annua. Lugdunea.

STAMINA DECEM, PISTILLI QUINQUE.

Petala integra.

Foliis oppositis, subulatis.

49. Spergula nodosa.

Caules quadriunciales, prostrati, ramosi, nodis tumidis. Folia opposita, subulata, pulposa, viridissima ; inferiora uncialia ; superiora brevia, fasciculata. Pedunculi uniflori, terminantes ramos : flores erecti ; calycis foliola ovato-lanceolata ; petala integra, lactea ; stamina decem ; stili quinque ; capsula piliformis, quinquevalvis : semina reniformia, rugosa.

Spergula nodosa L. communis in pratis uliginosis, prope Grodnam Losofnæ ; florens julio : annua : Lugdunea.

Foliis verticillatis, staminibus decem.

50. Spergula decandra.

Caules pedales, debiles, superius dichotomi. Folia verticillata ad 20, teretia, linearia, sulcata. Flores terminantes ramos divaricatos ; calycis foliola oris alba, viscida ; petala ovata, lactea ; stamina decem ; capsulæ conicæ, quinquevalves, nutantes ; stili quinque. Semina nigra, rotunda.

Spergula arvensis L. communis in arvis prope Grodnam; florens augusto : annua. Lugdunea.

Foliis verticillatis, staminibus quinque.

51. Spergula pentandra.

Habitus præcedentis. Folia verticillata sed pauciora, filiformia, succulenta. Flores albi, minores. Semina circulo membranaceo, albo, cincta.

Spergula pentandra L. in arvis arenosis circa Krynki, in Lithuania; florens junio, julio; annua. Lugdunea.

STAMINA DECEM, STILI QUINQUE.

Petala bifida.

Foliis cordatis, magnis.

52. Cerastium maximum.

Caulis quadrangulus, ramosus, debilis. Folia inferiora petiolata, cordata, superiora ovato-lanceolata, sessilia. Flores solitarii; calyx ovato-lanceolatus, hirsutus; petala calyce multo majora, usque ad unguem incisa; stamina decem; stili quinque; capsulæ subrotundæ, nutantes, seu pendulæ.

Cerastium aquaticum L. communis in uliginosis silvarum, prope Grodnam, juxta Niemen; florens augusto : perennis. Lugdunea.


Floribus pentandris, petalis calyce brevioribus.

53. Cerastium breviflorum.

Caulis simplex seu vix ramosus, triuncialis. Folia ovata, hirsuta; paribus paucis. Flores parvi, longitu-


ALSINE C.M. ἐξωθεκαυλοσχιδής

P.298. N.52.



ASPERGVLA MARINA λεύκανθος

P.298.N.51.



Spergula pentandra L.

dine calycis; petala emarginata; ſtamina quinque; ſtili tres.

Ceraſtium Semidecandrum L. communis in paſcuis & arvis prope Grodnam; florens aprili, maio: annua. Lugdunea.

Petalis calyce majoribus.

54. Ceraſtium grandiflorum.

Caules plurimi, geniculati, ſemiproſtrati, ceſpitoſi. Folia linearia, lingulata. Pedunculi uniflori: flores erecti, ſubumbellati; calyx ſubhirſutus; petala calyce duplo longiora, ad unguem bifida, lineata, tenera; capſula ovato-acuminata, curvata.

Ceraſtium arvenſe L. communis in agris, prope Grodnam; florens maio: annua. Lugdunea.

Caulibus diffuſis.

55. Ceraſtium ceſpitoſum.

Caulis geniculatus, ramoſus, inferne ſemidecumbens, ſuperne erectus, brachiatus. Folia ovato-lanceolata, hirſuta. Pedunculi breves; calyx alis albis ſubhirſutus; petala alba, cordata, calyce vix longiora; capſula incurva.

Ceraſtium vulgatum L. communis ubique in paſcuis, prope Grodnam; florens maio: annua. Lugdunea.

Caulibus viſcoſis.

56. Ceraſtium viſcoſum.

In plurimis ſimilis præcedenti. Folia rotundiora, ſubflava; calyx hirſutior; flos minor: tota planta villoſo-viſcoſa.

Ceraſtium viſcoſum L. paſſim in paſcuis, prope Grodnam; florens maio, junio: annua. Lugdunea, montana.

CALYX MONOPHYLLUS.

STAMINA DECEM, STILI DUO.

CALYX TUBULOSUS, BASI SQUAMOSUS.

Floribus aggregatis.

Floribus congestis, petalis villosis.

57. Dianthus villosus.

Caulis cubitalis, nodosus, erectus, simplex, scaber. Folia graminea, glauca, linearia, trinervia. Flores caulem terminantes, arcte congesti, seu subaggregati; squamæ calycis magnæ, ovatæ, aristatæ; petala glabra, serrata, purpurea, quinque-dentata; calyces colorati.

Dianthus Carthusianorum L. sat frequens prope Grodnam, in pratis silvarum Lososnæ: florens junio, perennis. Lugdunea, montana.

Floribus fasciculatis, squamis calycis villosis.

58. Dianthus fasciculatus.

Caules erecti, pedales. Folia mollia, viridia, graminea, duarum linearum lata. Flores aggregati, seu quasi umbellas inter folia sessiles constituentes; calyx hirsutus: squamæ calycinæ lanceolatæ, villosæ, tubum æquantes; petala angusta, suave purpurea, maculis albis conspersa, serrata.

Dianthus armeria L. communis in omnibus silvis, prope Grodnam; florens junio: annua. Lugdunea.



Dianthus Carthusianorum. L.

Flores solitarii.

Corollis crenatis.

59. Dianthus crenatus.

Caules semipedales, procumbentes. Folia viridi-nigricantia: Flores solitarii; squamæ calycis binæ, lanceolatæ; petala crenata, rubra, punctis albis notata.

Dianthus Deltoides L. frequens in pratis prope Grodnam; florens junio: perennis. Lugdunea, montana.

Floribus panniculatis; corollis multifidis.

60. Dianthus multifidus.

Caulis erectus, cubitalis, nodosus. Folia graminea, in medio latescentia: flores panniculati; squamæ calycinæ breves, acuminatæ; corollæ multifido-capillares, subviolaceæ, aut albæ, suavissimi odoris.

Dianthus superbus L. passim prope Grodnam, in silvis juxta Niemen; florebat augusto: perennis.

Caule simplici, unifloro.

61. Dianthus uniflorus.

Caulis vix palmares, uniflori, simplices. Folia linearia; brevia, angusta, copiosissima: squamæ calycis ovatæ, obtusæ; petala alba, multifida, ultra medium disci divisa, basi macula livida tincta, pilis purpurascentibus aspersa, odoris suavissimi.

Dianthus arenarius L. communis in campis arenosis, prope Grodnam; florens junio: perennis. Lugdunea, montana.

Calyces monophylli, nudi.

Foliis nervosis, calycibus cylindricis.

62. Saponaria nervosa.

Caulis cubitalis, erectus. Folia ovato-lanceolata, glabra; trinervia. Flores subumbellati; calyces cylindrici, seu tubulosi; petala pallide rubella, bifida. Fructus cylindricus.

Saponaria officinalis L. communis circa Grodnam, in humidis locis; florens julio, augusto: perennis. Lugdunea.

Obs. Varietas floribus albis etiam frequens. Planta amara, magnam quantitatem saponis vegetabilis suppeditans; sapo decoctum foliorum & radicum nunquam satis laudanda in rheumatismo, ictero, chlorosi, scabie, herpetibus.

Calycibus angulatis.

63. Saponaria perfoliata.

Caulis pedalis, erectus, brachiatus. Folia ovata, acuminata; sessilia, quasi perfoliata. Flores subumbellati, terminantes; calyces pyramidati, inflati, quinqueangulares: flos parvus; petala rosea, serrata; capsula tetragona.

Saponaria vaccaria L. Advenam plantam una vice observavi in arvis, circa Hortum Botanicum: an allata cum seminibus frumenti? an elapsa ex horto? Frequens observatur inter segetes circa Varsaviam, floret junio: annua, Lugdunea.

CALYCES MONOPHYLLI.

STAMINA DECEM, STILI TRES.

Petala bifida, fauce nuda.

Pericarpiis coloratis; caule scandente, sexpedali.

64. Cucubalus bacciferus.

Caulis ramosus, ramis divaricatis, seu ad angulos fere rectos nascentibus. Folia ovato-lanceolata. Pedunculi uniflori, quasi refracti; calyx inflatus, campaniformis; petala distantia, serrata. Fructus capsula unilocularis, globosa, colorata, mollis.

Cucubalus Bacciferus L. inveni prope Grodnam in silva Grandzicze; florebat junio: perennis. Lugdunea.

Obs. Jam fructum exhibebat initio augusti. Scandit inter arbores ad altitudinem octo pedum. Caulis fistulosus a nodo ad nodum; laceratus ingratum spargit odorem. Calyx fructus inflatus, campanulatus. Capsula singularis, ante perfectam maturationem succulenta, duplici cortice formata: exterior cortex siccus, fragilis, niger, facile separabilis; interior præcedenti contiguus involvit semina plurima reniformia, nigra, glaberrima, placentæ albæ adhærentia.

Calycibus reticulatis.

65. Cucubalus venosus.

Caulis cubitalis, brachiatus, nodosus. Folia glauca, glabra, elliptico-lanceolata. Flores terminantes, conferti, plurimi nutantes; calyx subglobosus, glaber, venosus,

reticulatus, venis viridibus, aut purpureis; petala alba; profundissime bifida; capsula trilocularis, rotundo-acuminata: semina aculeata.

Cucubalus behen L. communis in pratis, prope Grodnam; florens maio, junio: perennis. Lugdunea.

Obs. Calycis dentes brevissimi; inter duos pedunculos multifloros unus invenitur uniflorus. Bracteæ marcescentes, nodi inflati. Stili longissimi.

Caule viscoso, foliis hirsutis.

66. Cucubalus viscosus.

Caulis pedalis, erectus, simplex, villosus, superne viscosus. Folia radicalia, angusto-lanceolata, fere glabra; caulina amplexicaulia, subundulata, lateribus reflexa, viscosa, villosa. Pedunculi triflori: flores decumbentes, undique nutantes; calyx cylindricus, decagonus, viscidus; petala alba, bipartita; stamina corolla longiora; stili tres, corolla longiores: capsula ovata, unilocularis.

Cucubalus Viscosus L. Collegi in loco dicto Losofna, prope Grodnam; florebat fine junii: biennis.

Obs. Tota planta villosa. Folia caulina ovato-lanceolata: viscositas præsertim notabilis versus extremitatem. Antheræ subvirides. Stili longissimi. Capsula elongata: in plurimis speciminibus petala rubro-alba.

Petalis linearibus.

Floribus dioicis.

67. Cucubalus dioicus.

Caulis erectus, cubitalis, superius brachiatus, viscidus. Folia radicalia numerosa, petiolata, ovato-lanceolata; caulina lineari-lanceolata. Flores panniculato-verticillati, sexu

fexu diflincti; calyx tubulofus, lineatus; petala linearia, indivifa: capfula trilocularis.

Cucubalus Otites L. fat frequens in pafcuis fterilibus, prope Grodnam, juxta Niemen Poniemun; florens julio: perennis. Lugdunea.

Floribus hermaphroditis.

68. Cucubalus hermaphroditus.

Caulis pedalis, rubro-vinofus. Folia caulina oppofita, lineari-lanceolata, minoribus fafciculatis, axillaribus; Folia radicalia erecta, numerofa, rubefcentia, breviora, firma, fucculenta. Flores axillares, racemofi; bracteæ breviffimæ, lineares, fetaceæ, ad bafim cujufque pedunculi; calyx brevis, fubventricofus; petala quinque, linearia, alba, integra, vix a filamentis ftaminum diftinguenda; ftamina decem, plerumque quinque abfque anque antheris. Germen minimum.

Florebat initio julii: prope Grodnam, in monticulis arenofis juxta Niemen. Habitu fimilis cucubalo otiti. An fimplex varietas?

Floribus uno verfu difpofitis.

69. Cucubalus fecundus.

Ex una radice fufiformi, contorta, fulva, caules tres erecti, fimplices. Folia radicalia plurima, ex longo petiolo latefcentia, lanceolata, juxta longitudinem nervi fubplicata; folia caulina oppofita, feffilia, fubulata, cauli appreffa; nodi rubentes, inflati. Flores uno verfu difpofiti; pedunculi multiflori, axillares: pedicelli erecti; bracteæ duæ, breviffimæ, ad bafim cujufque pedicelli; calyx cylindricus, vix inflatus, albefcens, decem ftriis vix proeminentibus angulatus, quinquedentatus, denti-

bus brevibus ; petala quinque unguibus albefcentibus ; calyce brevioribus, laminis bipartitis, intus albefcentibus, extus viridibus, verfus ftamina revolutis ; ftamina decem, quinque calyce breviora, quinque corolla longiora ; antheræ longiorum tranfverfæ, breviorum erectæ : omnes fulcatæ, albefcentes ; ftili tres, longitudine calycis ; ftigmata vix diftincta, rubro-vinofa.

Videtur cucubalus tataricus L. frequens in monticulis arenofis, juxta Niemen prope Grodnam ; florebat 15 junii : perennis.

Petala bifida, fauce coronata.

Floribus fecundis, cernuis.

70. Silene nutans.

Caules cubitales, non valde foliofi, fuperne vifcidi. Folia radicalia plurima, petiolata, ovato-lanceolata, fubhirfuta ; caulina anguftiora. Flores terminantes, panniculati, nutantes, laterales, fecundi ; calyx tubulofus, vifcidus, decem lineis pictus ; petala alba, profunde bifida, laciniis involutis ; capfula trilocularis ; cylindrico-inflata : femina rugofa.

Silene nutans L. communis in filvis, prope Grodnam ; florens junio : annua. Lugdunea.

Calycibus angulatis, caule dichotomo.

71. Silene dichotoma.

Caulis pedalis, afper, dichotomus. Folia ovato-lanceolata, hirfuta. Flores terminantes, fparfi ; calyx ovatus, decemangularis, venofus ; petala rubefcentia, extus fublutea, cordata. Fructus ovalis, quinquevalvis.

P. 306. N. 70.



Silene nutans. L.

Silene noctiflora L. passim in arvis, circa Grodnam Labna; florens augusto: annua.

Floribus umbellatis.

72. Silene umbellata.

Caules erecti, pedales, ramosi, glabri, superne viscidi. Folia glauca; caulina cordata: omnia glabra. Flores subumbellati; calyx longissimus, tubulosus, lineatus, rubens, basi gracili; petala emarginata, serrata, suaverubentia, auriculata. Fructus cylindricus, trilocularis.

Silene armeria L. inveni florentem initio augusti in arvis arenosis, duobus milliaribus a loco dicto Merecz, prope viam publicam quæ tendit Vilnam. Lugdunea.

STAMINA DECEM, STILI QUINQUE.

Calyces tubulosi, membranacei.

Petalis quadrifidis.

73. Lychnis laciniata.

Caulis cubitalis, erectus, superius viscidus. Folia ovato-lanceolata; superiora acutiora. Flores racemosi, pedunculis multifloris; calyx albus, decem alis eminentibus purpureis notatus; petala rubra, quadrifida; stili quinque; capsula pisiformis: semina rugosa.

Lychnis flos cuculi L. communis prope Grodnam in omnibus pratis; florens maio, junio: perennis. Lugdunea.

Petalis integris.

74. Lychnis viscosa.

Caulis cubitalis, erectus, simplex, viscidus. Folia glabra, ovato-longe-lanceolata. Flores racemosi: racemo ter-

minali ex verticillis peracto ; calyx rubens , tubulofus, flore longior, breviter quinquedentatus ; petala purpurea, fubemarginata ; capfula conica , quinquelocularis : femina reniformia. Stili quinque.

Lychnis Vifcaria L. communis in filvis prope Grodnam ; florens junio , julio : perennis.

Floribus dioicis.

75. Lychnis dioica.

Caules bipedales, erecti , nodofi , brachiati. Folia ovato-lanceolata , mollia , hirfuta. Flores terminantes ramos , congefti ; pedunculi breves ; calyces turgidi , villofi ; petala alba , tenera , cordiformia ; ftamina fola decem : in aliis individuis obfervantur tantum ftili quinque , abfque ftaminibus.

Lychnis dioica L. communis in arvis & pratis , prope Grodnam ; florens tota æftate : biennis. Lugdunea.

Obf. Non rara funt prope Grodnam fpecimina floribus hermaphroditis ; inveni etiam floribus hermaphroditis & mafculinis : in his erant ftamina tantum octo ; fæpe inveni fpecimina feminina, cum duobus tantum ftilis : decima augufti obfervavi feminam Lychnidis dioicæ : in omnibus floribus exhibebat fex ftilos.

Calyces tubulofi , coriacei.

Calycibus corollam æquantibus.

76. Agroftemma hirfuta.

Caulis erectus , cubitalis , vix ramofus , hirfutus. Folia linearia , tomentofa. Pedunculi uniflori , longiffimi ; calyx monophyllus , coriaceus , feu durus , lineis eminentibus notatus , fegmentis corollam æquantibus ; petala purpurea , unguiculata , auriculis acutis , bifidis ; ftamina de-

cem ; stili quinque ; capsula pentagono-conica , quinquevalvis , unilocularis : semina exasperata.

Agrostemma Githago L. communis inter segetes , florens junio : Grodnensis : annua. Lugdunea.

Obs. In arenosis locis specimina inveniuntur caule filiformi , simplicissimo , unifloro , vix palmari ; foliis angustissimis ; calyce corollam superante ; petalis carneis.

STAMINA FILAMENTIS COALITA.

FRUCTUS CAPSULA ROSTRATA.

PEDUNCULIS UNIFLORIS.

Flore magno.

77. Geranium grandiflorum.

Radix crassa , lignosa. Caules cubitales , sub ramis tumidi. Folia quinquepartita , orbiculata , aut septemlobata. Pedunculi longi , uniflori : flos speciosa magnitudine ; calyx hispidus , foliolis aristatis ; petala ex purpureo violacea.

Geranium sanguineum L. communis prope Grodnam , in pratis & silvis ; florens junio & julio : perennis. Lugdunea.

PEDUNCULIS BIFLORIS.

Foliis circumscriptione rotundatis , lobatis.

Flore cæruleo.

78. Geranium cæruleum.

Caulis cubitalis , nodosus , brachiatus , erectus. Folia subpeltata , rugosa , multipartita , pinnato-laciniata. Pedun-

culi biflori : flos cæruleus, venis rubentibus ; petala integra.

Geranium pratenſe L. ſat frequens in pratis, prope Grodnam ; florebat auguſto Loſoſnæ : perennis. Lugdunea.

Flore maximo, purpureo.

79. Geranium purpureum.

Caulis diffuſus, ſubprocumbens. Folia quam in præcedenti obtuſiora, ſimpliciora, minus profunde ſecta, ſeu quinqueloba, inciſa. Flores pauciores, magis ſparſi : pedunculis bifloris, longiſſimis, declinatis ; petala maxima, purpurea, integra ; calyx lineatus, glaber.

Geranium pratenſe L. in pratis juxta amnem Loſoſnæ ; florens junio : perennis.

80. Geranium cæruleo-purpureum.

Habitus præcedentis, ſed foliola latiora, minus profunde ſecta, ſemiquinquelobata, lobis acute ſerratis, ſemitrilobatis. Petala emarginata ex cæruleo-purpurea, cum venis ſaturatioribus. Capſulæ ſubhirſutæ.

Geranium ſilvaticum L. communis prope Grodnam in ſilvis juxta Niemen ; florens julio : perennis.

Foliolis anguſtiſſimis.

81. Geranium anguſtifolium.

Caules erecti, pedales, nodoſi, ramoſi. Folia quinquepartito-trifida : lobis anguſtiſſimis. Petala pulchre purpurea, vix emarginata, longitudine calycis ; calyx longe ariſtatus, hirſutus ; capſulæ hirſutæ.

Geranium diſſectum L. florentem inveni fine auguſti prope Grodnam, in arvis Œconomiæ Labnæ : annua. Lugdunea.

Floribus roseo-cæruleis.

82. Geranium roseo-cæruleum.

Caules procumbentes, nodosi, pedales. Folia subhirsuta, circumscriptione reniformia, profundissime quinquefida: lobis exterioribus bilobis, mediis trifidis; lobulis eorum lateralibus bidentatis, medio tridentato. Pedunculi biflori; calyces magni, pene glabri, aristati; petala magna, roseo-cærulea, emarginata; capsulæ glabræ.

Geranium columbinum L. sat frequens in arvis, prope Grodnam; florens julio: annua. Lugdunea.

Caule viscoso.

83. Geranium viscosum.

Caulis decumbens, ramosus, debilis, viscosus. Folia semiquinqueloba, lobis tridentatis, & quinquedentatis, circumscriptione reniformia. Pedunculi biflori; bracteæ minimæ; calyx hirsutus, aristatus; petala purpurea, venosa, integra, longitudine calycis.

Geranium rotundifolium L. frequens in arvis cultis, prope Grodnam; florens fine augusti: annua. Geranium pusillum Linnæi petalis bifidis, cæruleis; foliis reniformibus, palmatis; segmentis linearibus, acutis: quod etiam frequens est prope Grodnam in arvis non mihi videtur distincta species a rotundifolio. Lugduneæ.

Foliis duplicato - pinnatis.

Caule erecto.

84. Geranium fœtidum.

Caulis cubitalis, ramosus, ramis rubescentibus. Folia sæpe rubra, duplicato pinnata; lobis primis semibilobis, ultimis longe confluentibus, dentibus inæqualiter lanceo-

latis. Pedunculi biflori; ſtipulæ perexiguæ; calyces piloſi, decemangulati; petala roſea, ſubrotunda, venis albis picta.

Geranium Robertianum L. communis prope Grodnam; juxta vias in umbra, florens junio: annua. Lugdunea. Foliorum fœtor ſingularis, & proprius: folia ſemper prorſus inutilia reperi tanquam vulneraria; herba recens contuſa cimices pellit.

Caule proſtrato.

85. Geranium pentandrum.

Caulis procumbens, ramoſus. Folia duplicato-pinnata, pinnulis acute inciſis. Pedunculi axillares, multiflori; calyx ſubhirſutus; petala inæqualia, ſcilicet duo ſuperiora breviora, roſea.

Geranium cicutarium L. ubique prope Grodnam, in arvis cultis; florens maio, junio: annua. Lugdunea.

Obſ. Specimina minima inveniuntur vix palmaria, foliis vix hirſutis, caule proſtrato; alia etiam frequentia circa Grodnam, caule ſubereсto, pedali, foliis villoſis, roſtro capſularum longiſſimo: quæ vix cum cicutario Linnæi ſub eodem nomine deſignari poſſunt.

POLYPETALÆ
DIPLOSTEMONES,
SUCCULENTÆ.

Stili duo.


Petalis flavis.

86. Saxifraga lutea.

Cauliculi vix pedales, ſimplices, ſub flore hirſuti, erecti. Folia alterna, lanceolata; ima latiora, ſubovata. Calyx

GERANIVM ἐαρανθολδικοῤῥεπές P.312.N.85.

cicutarium. L



expanfus, fubhirfutus; petala quinque, magna, ovato-lanceolata, flava, maculis croceis notata. Germen fuperum. Fructus bilocularis, ovatus, bicornis, nitens. Semina ovata, acuminata, lucida.

Saxifraga hirculus L. in pratis paludofis circa Grodnam Lipsk; florebat maio: perennis. Petala ad bafim gerunt lacunam oblongam, nectariferam, feu rimam bivalvem, apicibus acutis.

Petalis albis.

Radice granulofa.

87. Saxifraga granulata.

Radiculis intermixti bulbuli fucculenti, feu radix granulata. Caulis pedalis, parum foliofus, brachiatus, ramis pene nudis, præter filiformes bracteas. Folia fubhirfuta, fucculenta; inferiora longe petiolata, reniformia, obtufe dentata; caulina palmata. Pedunculi longi, vifcidi; calyx fubhirfutus, vifcidus; petala longa, elliptica, alba, venis viridibus. Fructus capfula bilocularis, bicornis.

Saxifraga granulata L. communis prope Grodnam, ubique in pafcuis; florens initio maii: perennis. Lugdunea. Bulbuli feparati novas plantas producunt. Mafticata folia mitia funt, fubacida; contufa in phlegmonibus, & hæmorrhoidibus utile cataplafma largiuntur; vix tangunt herbam pecora.

Obf. Frequentia funt circa Grodnam fpecimina minora, quorum folia omnia ad paginam inferiorem exhibent denfa puncta, crocei coloris, quafi herpetica.

Foliis plurimis trifidis.

88. Saxifraga trifida.

Caulis erectus, biuncialis & quadriuncialis, ramosus, viscidus. Folia radicalia petiolata, trilobata; caulina fere sessilia, alterna, cuneiformia, simplicia aut trifida, aut quinquefida. Pedunculi axillares, uniflori, aut biflori; petala alba, elliptica. Capsula bilocularis, bicornis.

Saxifraga tridactylites communis, in arvis prope Grodnam; florens initio maii: annua. Lugdunea.

Stili quinque.

Foliis planis.

89. Sedum complanatum.

Radici grumi olivares ad originem ramorum adnascuntur. Caules pedales, erecti. Folia planiuscula, patentia, serrata. Flores corymbosi, terminantes, corymbo folioso, denso; calyx exiguus, parum carnosus, quinquefidus; petala quinque, albescentia, lanceolata; stamina decem; capsulae quinque, purpureae.

Sedum Telephium L. frequens in monticulis arenosis, prope Grodnam Lososnae; florens julio: perennis. Lugdunea.

Foliis cylindricis.

Herba insipida.

90. Sedum mite.

Longa radix palmares cauliculos producit, in summa parte fere trifidos. Folia subovata, adnato-sessilia, gibba,

erectiuſcula, ſexfariam imbricata, inſipida, ſeu non acria. Flores duo aut tres in quoque ramo, lutei, ſeſſiles, ſat magni; ſtamina decem.

Sedum ſexangulare L. paſſim prope Grodnam, in monticulis aridis juxta Niemen; florens julio: perennis. Lugdunea.

Herba acris.

91. Pedum acre.

A præcedenti differt foliis confertiſſimis ſeu denſius imbricatis, et ſapore acri, urente.

Sedum acre L. communis ubique in paſcuis prope Grodnam; florens junio: perennis. Lugdunea. Succus cum melle mixtus egregie ulcera ſanioſa ad ſtatum vulneris recentis reducit; intus præſcriptus, cum ſaccharo edulcoratus & dilutus in ſufficienti quantitate aquæ, vomitum et purgationem excitat; ad drachmam unam, in ſcorbuto & febre quartana, vere efficax auxilium.

Stili numeroſi.

Foliis ciliatis.

92. Sempervivum ciliatum.

Ex roſula foliorum primo conniventium, inde ſe expandentium, caulis cubitalis erectus, hirtus, ſquamis hirſutis aſperſus, ſuperne ramoſus: ramis incurvis, ſpica ramoſa & folioſa. Folia roſulæ ovato-lanceolata, craſſa, per oras ciliata, ſæpe rubra, hinc convexa, inde concava. Calyx duodecim-aut quatuordecimfidus, ſegmentis ciliatis, apice purpureis; petala ad quatuordecim, ſubpurpurea, hirſuta, anguſta, ſæpe unguibus cohærentia; ſtamina ad triginta. Fructus: capſulæ ad duodecim &

fexdecim, in circulum difpofitæ, mucronibus extrorfum verfis. Flores corymbofi, racemis reflexis: cæterum rofulæ radicales alias generant, magnofque cefpites faciunt; feu propagines funt patuli.

Sempervivum tectorum L. florebat fine julii: copiofe in monticulis aridis Lofofnæ, prope Grodnam. Lugdunea. Succus foliorum aqueo-nitrofus, fubacris, in ulceribus, ambuftis, rhagadibus, hæmorrhoidibus, jure laudatus; cum melle mixtus, in aphthis infantum pretiofum topicum.

Obf. Huc veniunt fpecimina propaginibus globofis, faturate rubentibus; floribus luteis, fulphureis. An fint fempervivum globiferum Lin.? Communia funt in monticulis arenofis prope Grodnam & Vilnam.

POLYPETALÆ DIPLOSTEMONES,

EPICARPIÆ.

GERMINA INFERA.

CALYX DUPLEX.

Petala quinque.

Fructu hifpido.

93. Agrimonia adhærens.

Caulis erectus, hirfutus, cubitalis, fimplex. Folia hirfuta, pinnata: pinnulis alterne minimis; extremo impare, petiolato. Flores fpicati; pedunculi remoti, uniflori, biflori; petala quinque, lutea; calyx quinquedentatus, altero lappaceis aculeis plurimis formato-obvallatus; ftamina duodecim. Semina duo in fundo calycis.

Agrimonia Eupatoria L. fat frequens in pratis filvarum, prope Grodnam juxta Niemen; florens julio: perennis. Lugdunea. Primo vere radix leniter & grate aromatica: herba fubauftera. Cataplafma ex foliis optimum detergens in ulceribus faniofis, quorum margines funt molles & flaccidi; decoctum foliorum & radicis non contemnendum in diarrhœis diuturnis, & febribus intermittentibus. Boves & equi hanc herbam refpuunt.

PETALA QUATUOR.

Germen cylindricum.

Seminibus nudis, flore luteo.

94. Œnothera graveolens.

Caulis quatuorpedalis, erectus, angulofus, ramofus, hirfutus. Folia ovato-lanceolata, plana, denticulata. Flores feffiles, axillares, laterales; calyx quadrifidus; petala quatuor, magna, lutea, emarginata; germen inferum; ftamina octo; ftilus unus. Fructus: capfula teres, fulcata; femina angulofa, nuda, feu non pappofa.

Œnothera biennis L. Grodnenfis, communis ubique, florens julio: biennis. Lugdunea. Flores fpargunt odorem penetrantem.

Obf. Paffim inveniuntur in arenofis locis fpecimina caule vix femipedali, partibus omnibus minoribus.

Seminibus pappofis.

EPILOBIA L.

Calyx unifolius, quadrifidus; petala quatuor reflexa; ftamina octo, calyci inferta; ftilus ftigmate craffo, in junioribus

integro, in adultis quadrifido; fructus capsula longa, quadrilocularis, quadrivalvis; semina plurima, pappo coronata: folia simplicia: flores speciosi.

Foliis hirsutis.

95. Epilobium hirsutum L.

Caulis ramosus, subhirsutus, tripedalis, & sexpedalis. Folia semiamplexicaulia, decurrentia, elliptica, lanceolata, argute serrata, hirsuta. Flores terminantes, subumbellati; calyx lanceolatus, per ætatem reflexus; petala magna, cordiformia, purpurea: siliquæ hirsutæ, biunciales.

Grodnensis, communis in pratis humidis silvarum, florens julio: perennis. Lugdunea.

96. Epilobium hirsutum parvo flore L.

Habitus præcedentis, sed omnia minora: flos dilute carneus; folia opposita, lanceolata, serrata, sessilia, villosa.

Grodnensis, communis in pratis humidis Losofnæ: perennis. Lugdunea.

Floribus roseis, venosis.

97. Epilobium roseum.

Caulis quadriuncialis, glaber: superius villosus. Folia inferiora opposita; superiora alterna, ovato-lanceolata, petiolata, serrata, glabra. Flores parvi; petala rosea, albicantia, venis saturatioribus picta; stigma clavatum, indivisum. Germen album, villosum.

Epilobium roseum Schreberi. Inveni florentem augusto: in pascuis humidis, juxta amnem Losofna prope Grodnam. perennis.

Foliis glabris.

98. Epilobium glabrum.

Caulis bipedalis, villofus. Folia ovato-lanceolata, glabra, dentata, nervofa; inferiora oppofita; fuperiora alterna. Siliquæ fubhirfutæ. Petala profunde cordiformia, carnei coloris.

Epilobium montanum L. Grodnenfis, communis in filvis Lofofnæ, Grandzicze; florens julio: perennis. Lugdunea, montana.

Caule quadrilaterali.

99. Epilobium tetragonum L.

Caulis pedalis, obtufe tetragonus, ramofus. Folia elliptica, lanceolata, dentata & integra; inferiora oppofita, fuperiora alterna. Flos exiguus: filiquæ tomentofæ.

Grodnenfis, in pratis aquofis filvarum circa Labnam, & alibi. Lugdunea, montana.

Floribus purpurafcentibus.

100. Epilobium purpurafcens.

Caulis femipedalis, teres, glaber, ramofiffimus. Folia oppofita & alterna, lanceolata, glabra, ferrata, bafi decurrentia, parva. Flores alterni, parvi; petala purpurafcentia. Germen villofum, pilis breviffimis: filiqua longiffima, acute angulata, fere glabra.

Epilobium obfcurum Schreberi, frequens prope Grodnam, juxta ripas ftagni dicti Jeziory; florebat julio: perennis.

Foliis anguftis.

101. Epilobium tomentofum.

Caulis cubitalis, vix ramofus, erectus. Folia oppofita, lanceolata, angufta, integerrima: filiquæ tomentofæ.

Epilobium palustre L. in pratis aquosis, circa stagnum Jeziory & alibi; florens julio: perennis. Lugdunea, montana.

Corolla irregulari.

102. Epilobium difforme.

Caulis erectus, firmus, parum ramosus. Folia glabra, subtus incana, sparsa, transversim nervosa, integra, undulata, elliptico-lanceolata. Flores quasi spicati; calyx læte purpureus: petala purpurea, vix emarginata, superiora insigni hiatu ab inferioribus remota; stamina nutantia; stilus deorsum curvus.

Epilobium angustifolium L. in Lithuanica, in silva Bobrowsczyznæ; florens augusto: perennis. Lugdunea.

Obs. Frequens est etiam varietas circa Grodnam, flore etiam difformi; sed foliis angustioribus, linearibus, subtus reticulatis; calyce purpureo, nigrescente: flore purpureo & albo. Cæterum epilobiorum medulla, & stolones esculenti; bonum pabulum suppeditant pecoribus. Pappus seminum eum gossypio mixtus texi potest, & facillime paratur pro tibialibus.

DIPLOSTEMONES.

Petalorum numerus in eadem planta diversus.

Scapis succulentis, squamosis.

103. Monotropa flagrans.

Radix parasita fagi, aut abietis radicum, succulenta, squamosa. Caulis simplex, flavescens, foliis nudus, squamis ovatis aspersus. Flores terminantes, spicati: spica floreas cernua, curvata; frutescens erecta, elongata: flores lutei

lutei, flavescentes, cylindrici, vix aperti; foliola calycis quatuor, petaloidea, petalis breviora, basi excavata, mellifera; petala quatuor; stamina octo, duorum ordinum; stilus unus, stigmate crasso, excavato. Fructus: capsula ovata, sulcata, quatuor loculis & quatuor valvis; semina minima. In flore supremo petala, & foliola calycis quinque, stamina decem.

Monotropa hypopitis L. Grodnensis ubique in silvis; florens junio, julio: perennis. Delphinalis, montana. Odor primulæ veris penetrans. Planta jam florens vix palmaris; postea elongatur ad altitudinem unius pedis. Filamenta staminum villosa. Antheræ griseæ; magnam quantitatem pollinis ejaculant; germen magnum; petala inæqualia. Passim inveni specimina petalis albescentibus; vix vere distinguuntur foliola calycis a petalis: unde plurimi auctores numerant octo petala in floribus lateralibus, & decem in terminali: ex una radice plerumque duo, tres, & aliquando quatuor caules, seu scapi oriuntur; squamæ in juniori planta luteæ, in adulta albescentes, in desiccata fulvæ, sed semper pellucidæ; jam flores adsunt in scapo vix triunciali.

DIPLOSTEMONES.

Bacciferæ.

Foliis terminantibus, verticillatis.

104. Paris quadrifolia.

Radix tuberosa, crassa. Caulis unicus, simplex, erectus; palmaris & pedalis. Folia terminantia caulem infra nodum quatuor, ovato-lanceolata, quasi verticillum formantia. Pedunculus uniflorus ex centro verticilli; caly-

cis foliola quatuor angusta, corolla longiora; petala quatuor, viridi-pallentia, angusta, linearia, longa, patula; stamina octo; stili tres. Fructus: bacca mollis, nigra, quatuor sulcis distincta, quadrilocularis. Semina plurima.

Paris quadrifolia L. Grodnensis; silvatica, communis; florens maio: perennis. Lugdunea, rara. Odor & sapor aliquid virulenti habent & narcotici: extus applicata in inflammationibus utilis; certe enecat gallinas; sat parca dosi baccæ deglutitæ anxietates excitant.

Obs. Folia nervosa, nervis anastomosi unitis. Pedunculus foliis paulo brevior; foliola calycis lanceolata, inversa; petala viridi-albescentia, etiam inversa; antheræ in medio filamenti enatæ, albescentes, quatuor linearum longæ: germen magnum nigro-violaceum, angulis obtusis octo exaratum; stili violacei. Folia inæqualia, passim quinque & sex, constituunt verticillum. Caulis basi cærulescit: folia fricata inter digitos spargunt odorem sambuco analogum: masticataexcitant saporem proprium, non mihi ingratum.

DIPLOSTEMONES.

CAPSULA QUINQUELOCULARIS. COROLLA DIFFORMI.

Staminibus corniculatis.

Scapo unifloro.

105. Pyrola uniflora.

Folia radicalia petiolata, subrotunda, serrata, teneriora. Scapus quadriuncialis, uniflorus. Flos nutans, sequentibus major; calyx albus, magnus, segmentis subrotun-

dis; petala lactea, ovato-lanceolata, lineata; stamina reclinata; stigma maximum, quinquefidum.

Pyrola multiflora L. rara prope Grodnam. Una vice inveni florentem junio in silva Bobrowszczyzna. Perennis. Delphinalis. Flores spargunt odorem convallariæ maialis.

Obs. Radix simplex. Folia per paria supra radicem orta; approximata, sex, lato-petiolata seu spathulata, crenulata; pagina supera saturate viridia, infera sublutescentia. Stipulæ siccæ ad originem foliorum. Caulis seu scapus quadriuncialis. Bractea cochleariformis supra medium scapi. Floris diameter decem linearum; stamina plerumque decem per paria unita, unde quinque tantum incautis apparent; antheræ didymæ, duobus cornubus elevatis ornatæ, inclinatæ ad faciem stili; germen viride, crassum; stilus longus; stigma viride, capitulo compresso formatum, quod fert quatuor tubercula conica. Stamina modo quinque, modo tria invenio in nonnullis speciminibus. Florebat, prima julii 1782, in silva prope Vilnam, in loco dicto Zakrete, prædio amœnissimo, quo diu sum fruitus beneficentia Celsiss. Principis Massalski, Episcopi Vilnensis, mecœnatis tum animi tum ingenii dotibus ornatissimi.

Scapo multifloro.

Foliis rotundatis, majoribus.

106. Pyrola major.

Caulis aphyllos nec ramosus, multiflorus, racemo denso. Folia radicalia petiolata; subrotunda, glabra. Calyces semiquinquefidi; dentibus ovato-lanceolatis; petala alba lactea ovata; stamina recurvata; stilus brevis, rectus, stigmate quinquepartito.

Pyrola rotundifolia L. in omnibus silvis communis, prope

Grodnam; florens junio, julio: perennis. Lugdunea; montana.

Foliis rotundatis, minoribus.

107. Pyrola minor.

Folia ac habitus præcedentis, fed minor; racemus longior, & laxior. Stilus incurvatus; ftigma minus; ftamina furfum reflexa, feu afcendentia.

Pyrola minor L. rarior prope Grodnam; inveni florentem fine junii in filva juxta Nemenum. Lugdunea, montana.

Huc veniunt fpecimina obfervata, florentia 7 julii, juxta amnem Lofofnæ, prope Grodnam; & prope Vilnam in loco dicto Zakrete, 1 ejufdem menfis. Radix mollis, fucculenta, alba, glabra. Stipulæ fupra radicem, ovato-lanceolatæ, albefcentes, tenues. Folia radicalia, aut potius circa bafim caulis, petiolata: petiolis rubris, extus convexis, intus canaliculatis, rotunda, fed ad bafim anguftiora, octo linearum lata & longa, integerrima, glabra, fucculenta, paffim apice emarginata. Specimina video foliis triplo-minoribus, elongatis feu ovato-lanceolatis: folia alia faturate viridia, alia nervis rubro-vinofis, nonnulla toto-rubra. Scapus ruber, glaber, fubtriquetrus, femipedalis, plerumque brevior: infra racemum foliolum lineari-lanceolatum. Bracteæ fimiles ad bafim cujufque pedunculi. Racemus pauciflorus, non ultra fex flores, nutantes; calyx viride lutefcens, parvus, quinquefidus: fegmentis rotundatis; petala quinque, conniventia, viridi-lutefcentia, tribus fuperioribus: paulo brevioribus: unde corolla vere irregularis; ftamina decem: filamentis curvis; antheris fupra germen incumbentibus, bicornibus, luteis: germen magnum, pentagonum, angulis rotundatis; ftilus recurvus, propendens inter intervallum duorum petalorum inferiorum, ftigmate vi-

rescente, quinquedentato. Certe ex figura Oed. flor. dan. 55, est Pyrola minor, sed varietas insignis.

Caule lignoso.

108. Pyrola frutescens.

Caulis palmaris, lignosus, ramosus. Folia conferta ad summitatem ramorum, dura, glabra, splendentia, nigroviridia, obverse lanceolata, seu cuneiformia, dentato-serrata: ex centro foliorum pedunculus multiflorus: flores subumbellati; calyx quinquefidus, coloratus; petala quinque, rubra; antheræ roseæ; stilus brevis. Germen crassum, coloratum.

Pyrola umbellata L. fat frequens prope Grodnam in silvis Lososnæ & alibi; florens fine junii: perennis.

Floribus uno latere versis.

109. Pyrola secunda.

Radix lignosa, tenuis, alba. Caules plurimi, ex una radice quadriunciales. Folia supra radicem in caule crenulata, serrata, subundulata, ovato-lanceolata, subtus læte viridia, supra nigrescentia, splendentia. Flores racemosi, uno latere versi, seu secundi; calyx minimus, albescens; petala alba, concava, conniventia; antheræ albæ; stamina petalis longiora; stilus rectus, longior corolla & staminibus; stigma crassum, undulatum: bracteæ minimæ, lanceolatæ, floribus oppositæ.

Pyrola secunda L. florebat fine junii prope Grodnam in silva Grandzicze: perennis. Lugdunea, montana.

DIPLOSTEMONES.

ARBORES.

COROLLA DIFFORMI.

Tricolobæ.

Floribus racemosis.

110. Æsculus castanea.

Arbor excelsa. Folia digitata, septena, foliolis ovato-lanceolatis, serratis; medio maximo, lateralibus minoribus. Flores racemosi, racemo erecto, amplo, palmari; calyx exiguus, quinquedentatus; petala quinque, inæqualia, villosa; alia alba, alia rosea; stamina septem, filamentis longis; stilus unus, stigmate crasso. Fructus capsula hispida, trilocularis, trivalvis: in quoque loculo semina duo, magna, farinosa, glabra, castanea.

Æsculus Hippocastanum L. arbor exotica, nunc cicurata in tota Europa: jam excelsas inveni in horto Dominicanorum Grodnæ, & alibi; floruit initio junii. Folia hujus arboris non tam defœdantur ab erucis in Lithuania sicut in Gallia, Lugduni: castaneæ coctæ farinam pro ovibus nutritivam copiose largiuntur; ex iisdem facil encheiresi gluten saponaceum obtinetur, utile pro mundatione linteorum; cortex amarus valet pro debellandis febribus intermittentibus.

COROLLA UNIFORMI.

Dicolobæ.

Foliis trilobatis.

111. Acer trilobus.

Frutex excelſus, cortice rugoſo, fiſſo, ſcabro. Folia oppoſita, longe petiolata, lobata: lobis tribus, lateralibus ſemibifidis, medio ſemitrifido. In ſummis ramis racemus florum ex longis pedunculis compoſitus; calyces quinquefidi; petala quinque; ſtamina octo; piſtillus unus. Fructus capſula bilocularis, alis terminata. Semina duo.

Acer campeſtris L. in ſilvis circa Grodnam, obſervatus in ſilva Bobrowſzczyzna; florebat maio. Lugdunea.

Foliis quinquelobatis.

112. Acer quinquelobus.

Arbor excelſa. Folia quinquelobata, inæqualiter ſerrata, lobis lateralibus minimis, medio maximo. Flores racemoſi, exigui, racemis pendulis: in iſto ſicut in præcedenti germen abortit.

Acer pſeudo-platanus L. inveni juxta vias circa Grodnam: an ſit ſpontanea in ſilvis ignoro. Florebat maio. Lugdunea. Vernali tempore cortex vulneratus fundit celeri curſu magnam quantitatem æquæ, quæ evaporatione ſuccum derelinquit ſaccharatum.

COROLLA UNIFORMI.

CAPSULA QUINQUELOCULARIS.

FRUTEX.

Foliis ferrugineis.

113. Ledum graveolens.

Frutex caule cubitali, ramoso : ramis teretibus, glabris. Folia alterna, perennia, petiolata, lanceolata, longitudinaliter revoluta, subtus hirsuta pilis intricatis, ferrugineis. Flores corymbosi; calyx parvus, quinquefidus; petala quinque, patentia, ovata, concava, alba; stamina decem; stilus unus. Fructus capsula subrotunda, quinquelocularis, cernua, basi quinquefariam dehiscens.

Ledum palustre L. inveni circa Grodnam, in paludosis locis silvæ Bobrowszczyzna; florebat fine maii. Folia fœtida, nauseosa, amara; florum odor gravis, & penetrans etiam ad magnam distantiam, certe cephalalgiam prompte excitans. Decoctum arcet boum & suum pediculos illitum; rami pellunt cimices; oleum per descensum cum cortice betulæ, corio russico odorem conciliat; loco humuli in cerevisia conficienda producit horrendas cephalæas; tinea, & scabies lavacro tollitur; tussis ferina involucro mitigatur : hæc omnia auctoritate Linnæi.

Obs. Rami flexibiles, fere nudi; nam folia & flores evolvuntur versus extremitatem. Antheræ albæ; calyx minimus; pedunculi nutantes. Germen turbinatum, glutinosum, viride.

FINIS QUARTÆ COLLECTIONIS.

SERIEI SECUNDÆ

COLLECTIO V.

SEU

POLYPETALÆ

MULTI-STAMINEÆ.

FASCICULUS PRIMUS.

VASCULIFERÆ.

Arbor polyandra.

1. Tilia ſtipulata.

Arbor ex procerrimis. Folia cordato-lanceolata, ſerrata; nervis ſubtus villoſis, cum fulvis, ad nervorum diviſiones, glandulis. Pedunculi cum ſtipulis lingulatis, nervoſis, multiflori; calyx quinquepartitus; corolla quinquepetala; ſtamina circiter triginta. Fructus: bacca ſicca, globoſa, quinquelocularis, quinquevalvis, baſi dehiſcens.

Tilia Europæa L. communis in ſilvis Lithuaniæ, prope Grodnam juxta Niemen; florens julio. Lugdunea. Arbor poſt ducentos annos jam decrepita: lignum album, leve, pro ſcriniis, tabulis & operibus tornatorum utiliſſimum; cortex telas rudes, vincula & funes ſuppeditare poteſt. In Lithuania omnes ruſtici calceos ex ligulis corticis

fibi parant ; trabes etiam leviffimos complanato eodem peragunt. Flores fuaveolentes apibus eximium mel fuppeditant : unde vinum polonicum Lipies dictum optimum, in districtibus quorum filvæ maximam quantitatem offerunt ; infufio florum in cephalalgia, hyfteria, convulfionibus infantum jure laudata ; fructus contra dyfenteriam, fub fine morbi, lene, pretiofum aftringens.

Herbæ polyadelphæ.

Foliis perforatis.

2. Hypericum perforatum.

Caulis teres, alatus, ramofiffimus. Folia ovata, perforata, feu perlucide punctata, in circumferentia punctis nigris afperfa. Summi rami nigris glandulis ornati. Flores terminantes, fubumbellati ; calyx non maculatus ; petala flava, punctis nigris marginibus afperfa ; ftili tres.

Hypericum perforatum L. ubique prope Grodnam in agris, florens initio julii : perennis. Lugdunea. Flores oleum effentiale copiofum, fragrantiffimum, rubrum, largiuntur ; infufio florum cum vino certis obfervationibus probata in ulceribus internis & externis, in nonnullis diarrhœis, in levitate inteftinorum poft dyfenteriam, in hypochondriafi quotiefcunque adeft faburra in primis viis ; flores inficiunt oleum & fpiritum vini carmefino colore ; herba cum lana in alumine macerata, illam fatis pulcbro flavo colore tingit ; flores fricati tingunt digitos colore cæruleo : cæterum fpecies diverfa quoad habitum juxta varias ætates : primo anno caules fimplices & folia minora producit.

Caule quadrato.

3. Hypericum quadrangulum.

Caulis quadrangularis. Folia majora, ovata, obfcurius quam

præcedens, perforata, per oram nigris punctis aſperſa. Flores minores; petala ochrea, raro punctata.

Hypericum quadrangulum L. rarior præcedenti, paſſim in pratis ſilvarum prope Grodnam, florens julio: perennis. Lugdunea.

Caule proſtrato.

4. Hypericum humifuſum.

Caulis ramoſus, proſtratus, teres, palmaris. Folia ovata; obſcure perforata, glabra, per oram punctis nigris aſperſa. Flores axillares; calyx, ſtamina, ſtili, & petala nigris punctis aſperſa.

Hypericum humifuſum L. communis in omnibus arvis arenoſis, prope Grodnam, florens julio, auguſto: annua. Lugdunea.

Obſ. Ex radice fuſca, ramoſa, plurimi caules proſtrati, inæquales. Pedunculi longitudine foliorum; rara puncta nigra in foliolis calycis; antheræ parvæ, luteæ, tranſverſim poſitæ; ſtili tres inverſi. Germen magnum.

Foliis perfoliatis.

5. Hypericum amplexicaule.

Caules erecti, teretes, in ſummitate ramoſi. Folia cordata, amplexicaulia, glabra, glauca, perforata, non punctata. Flores in panniculas ſpicatas, pene nudas, rariores, diviſi; calycis foliola ſerrato-glanduloſa; petala aurantii coloris, ad apicem punctata.

Hypericum pulchrum L. rara circa Grodnam: inveni florentem fine julii, in ſilva prædii Brigittarum dicti Kochanovo. Lugdunea, montana.

Calycibus globuligeris.

6. Hypericum glandulofum.

Caulis erectus, teres, cubitalis. Folia per oram punctata, ovata, magna, relative ad alias fpecies. Flores pauciores, in fpicam brevem difpofiti; foliola calycis lanceolata, ferrato-glandulofa; petala verfus apicem punctata.

Hypericum montanum L. non rara circa Grodnam in filvis juxta Niemen, florens initio augufti: perennis. Lugdunea, montana.

Obf. Huc reduco fpecimen, caufe bipedali, rubefcente, fimpliciffimo, rotundo. Foliis oppofitis, fubrotundis, fubtus albefcentibus, nervofis, punctis nigris ad margines notatis. Calycis foliola obtufa, non ciliata; petala brevia, extus pulchre punctis nigris picta; ftili tres: flos unicus, terminans caulem, foliis floralibus circumvallatus; florebat 17 augufti prope Grodnam, in aquofis Lofofnæ. Videtur caryophyllus paluftris, foliis fubrotundis, incanis, floribus aureis, Mentz. pug. t. 7. f. 3. unde affinis Hyperico elodi; fed in noftro certe caulis non repit.

Foliis hirfutis.

7. Hypericum hirfutum.

Habitus præcedentis; fed caulis hirfutus, magis ramofus: folia ovata, mollia, villofa, perforata, non punctata; fpicæ florum longiores, plurimæ; calycis foliola lanceolata, ferrata, glandulofa.

Hypericum hirfutum L. paffim prope Grodnam. Inveni florentem fine junii, in Œconomia Labna. Lugdunea, montana.

FASCICULUS II.

STAMINA AD VIGINTI, STILI TRES; PETALA PELTATA. GERMEN TRICOCCUM.

Petalis integris.

Foliis lanceolatis.

8. Tithymalus fruticoſus.

Radix craſſiſſima. Caulis craſſus, ſexpedalis. Folia circumſerrata, lanceolata, obtuſa : ex omnibus alis rami folioſi & floriferi, ramis umbellam ſuperantibus. Umbella multifida, ſubtrifida, bifida; involucellis ovatis. Petala flava, obtuſa, integra, quatuor aut quinque. Fructus totus verrucis exaſperatus.

Euphorbia paluſtris L. paſſim in pratis uliginoſis, prope Grodnam, in ſilva Bobrowſzczyzna & juxta Niemen; florens julio : perennis. Lugdunea.

Obſ. Vicina eſt ſpecies caule ſublignoſo, bipedali, inferius rubeſcente; radice longa, lignoſa; foliis caulinis alternis, lanceolatis, integerrimis : ramorum folia ſunt linearia; pedunculi generales naſcuntur ex axillis omnium foliorum caulinorum; in extremitate caulis octo pedunculi generales verticillum formant. Involucra & involucella cordato-acuminata : ex his duo pedicelli ſteriles oriuntur. Collegi octava auguſti, in arvis prope Grodnam.

Foliis cuneiformibus, ferratis.

9. Tithymalus ferratus.

Caulis erectus, brachiatus, femipedalis. Folia cuneiformia, ferrata, alterna. Flores omnes hermaphroditi, tetrapetali, petàlis integris: umbella univerfalis, quinquefida, pentaphylla; partiales bis trifidæ, triphyllæ, deinde dichotomæ, diphyllæ: involucellis ovatis.

Euphorbia heliofcopia L. communis in agris cultis prope Grodnam; annua. Lugdunea. Juxta Linnæum fuccus corrofivus, exulcerans inftar cantharidum: verrucas, clavos, odontalgiam tollit; editur ab ovibus, fed facit diarrhœam, non vero in bobus, & carnem odore ingrato afficit: juxta Hallerum, fapor lactis, fubfalfus, non acris; tingit chartam cyaneam.

Obf. Sæpe inveni fpecimina vix triuncialia, perfecta, colorata, rubefcentia: in his radii umbellæ breviffimi, lente ftamina evolvuntur; numeravi variis temporibus a fex ad duodecim. Umbellæ radii non funt conftantes; vere flores omnes fertiles; hermaphroditi.

Petalis bicornibus.

Foliis obovatis.

10. Tithymalus rotundifolius.

Caulis ramofus, decumbens, pedalis. Folia integerrima, obovata, petiolata. Umbella trifida, dichotoma, involucellis involucrifque ovatis. Flores omnes hermaphroditi; petala bicornia. Fructus glaber, feu margine fcaber.

Euphorbia peplus L. rarior circa Grodnam; obfervavi tantum in cultis prope Bialyftok: floret julio: annua. Lugdunea. Succus acerrimus, exulcerans: vere verru-

cas corrodit ; instillata guttula in dente carioso dolente, cito corrosione nervi cessat dolor, qui primo momento atrocior redditur.

Foliis setaceis.

11. Tithymalus angustifolius.

Caules pedales, foliosi. Folia linearia, subtus carinata. Umbella multifida, dichotoma. Involucella, seu bracteæ, sub flore cordiformia, numerosa ad decem. Petala lunata, cornubus brevibus; stamina pauca, ad decem: capsula levis.

Euphorbia cyparitias L. Nunquam observavi in Lithuania; frequentem inveni in arvis prope Varsaviam; floret initio junii: perennis. Lugdunea. Huc venit monstrum singulare, seu planta omnibus ramis tali modo fasciata, ut caulis planus exhibeat latitudinem duorum pollicum.

Obs. Sume folia Euphorbiarum nostratium, sicca in fornace, pulverisa, serva in loco sicco per integrum annum, misce cum succo Glycirrhizæ: habebis simili dosi catharticum, prorsus simile jalapo, & præstantissimum medicamentum contra febres intermittentes, herpetes, scabiem, ophthalmias serosas, cephalæas, rheumatismos frigidos.

Petalis fimbriatis.

Foliis lanceolatis.

12. Reseda undulata.

Caulis bipedalis. Folia plurima, ad terram in orbem sparsa, lanceolata, integra, basi utrinque uni-dentata, longa; juniora undulata, denticulata. Flores spicati: spica aphylla, prælonga; calyx quadrifidus: laciniis duabus superioribus latioribus; petala quatuor, laciniata; stamina ad viginti; stili tres. Fructus: capsula ore dehiscens, rugosa, triquetra, semitrilocularis.

Reseda luteola L. Nunquam inveni circa Grodnam; observavi circa Varsaviam, & in districtu Brzescienſi; florens julio: annua. Lugdunea. Inter pecora, solæ oves interdum folia carpunt. Inflexo cacumine, etiam noctu solem sequitur. Ad sericum tingendum adhibetur, & omnes colores inter album & luteum suppeditat: quando bullit, ingratum & nauseosum odorem spargit.

FASCICULUS III.

RHŒADEÆ.

STAMINA NUMEROSA.

PETALA QUATUOR.

Fructus: siliqua.

Pedunculis umbellatis.

13. Chelidonium luteum.

Caulis ramosus, cubitalis. Folia semipinnata: foliolis lobatis: lobis obtusis, serratis. Pedunculi compositi, axillares: flores subumbellati; calyx bifolius; petala quatuor, lutea; stamina ad triginta. Fructus: siliqua tenuis, unilocularis. Semina plurima.

Chelidonium majus L. frequens prope Grodnam, inter rudera urbis; florens maio & junio: perennis. Lugdunea. Rupta folia stillant humorem flavum, amarum, acrem, ingratum, & proprium spargentem odorem: qui sæpius cum utili effectu in ulceribus saniosis a nobis fuit præscriptus; pulvis foliorum in chlorosi, ictero chronico, aliisque obstructionibus utile, & pretiosum offert practicis

ticis auxilium ; sed nunquam succum recentem intus suaderem ; vidi etenim post similem administrationem, anxietates & cardialgias atroces exortas.

Obs. Caulis fistulosus, aquosus. Vasa quæ continent succum luteum, pauca, lente cristallina, facillime distinguenda. Succus iste super cutem maculas difficile emendabiles derelinquit. Pagina inferior foliorum albescens ; calyx ante evolutionem petalorum monophyllus, viridi-lutescens ; petala ovata ; stamina longitudine petalorum : sæpe inveni quinquaginta ; filamenta lutea ; pedunculi valde elongantur post casum corollæ ; petioli & caulis pilis albis, longis, intricatis, onusti ; calyx raris pilis hirsutus ; bracteæ sicut involucrum ad summitatem pedunculi generalis ; radix sublignosa, nigrescens : mitior est succus luteus ante evolutionem floris.

Capsula unilocularis, coronata.

Foliis glaucis, amplexicaulibus.

14. Papaver glabrum.

Caulis brachiatus, cubitalis. Folia glauca, glabra, amplexicaulia, lata, incisa. Calyx bifolius, caducus : flos magnus, ante expansionem nutans, diversi coloris ; petala quatuor, macula ad ungues notata : capsula sphærica, levis, magna, operculo reflexo, sub quo foramina decem.

Papaver somniferum L. magna copia colitur in Lithuania, unde sæpe spontaneum invenitur. Humor lacteus, copiosus, incisione & contusione ex foliis, & capsulis nondum maturis, obtinetur, qui leni evaporatione opium optimum nobis concessit, sed debilius, vix enim quadruplici dosi somnum conciliat. Lithuani nostri stupendam quan-

Obs. Ex una radice caules decem, multiflori. Folia fere glabra, nervis tantum hirsutis in una pagina : rari tamen pili observantur. Filamenta nigra ; antheræ sublutescentes : in variis floribus unius individui, inveni stigmata septem, octo, & novem. Non rara est etiam circa Grodnam varietas flore albo.

Fructu hispido.

17. Papaver clavatum.

Caulis cubitalis, hirsutus; pilis inferne patulis, superne & in pedunculis magnis, albis, ad caulem appressis. Folia hispida, pinnata, pinnis lobatis, lobis acute incisis, dentibus aristatis. Calyx raris pilis aspersus; petala pallide miniata, unguibus nigris; capsulæ clavatæ, seu oblongæ, ovatæ, costis percursæ, hispidæ.

Papaver argemone L. communis in arvis prope Grodnam, florens junio : annua. Lugdunea. Succus etiam amarus, nauseosus.

Obs. Folia caulina tripartita, pinnatifida, subsessilia : caulis ramosus. Capsulæ sulcatæ, angulosæ; color petalorum non est constans : inveni specimina crocei coloris.

Petala numerosa.

Calyce pentaphyllo.

18. Nymphæa lutea.

Radix flavescens, profunde in lutum demersa, maxima; longissimos pedunculos, & petiolos usque ad superficiem aquæ producens. Folia natantia, plana, coriacea, ex sagittatis rotunda. Calyx ex quinque foliis crassis, intus coloratis; petala calyce multo minora, sulcata, cre-

nata, quatuordecim ad viginti, lutea. Fructus: capsula ovato-conica, disco striato coronata.

Nymphæa lutea L. communis prope Grodnam, in omnibus aquis stagnantibus aut lente fluentibus Losofnæ, & alibi; florens maio, junio: perennis. Lugdunea.


Obs. In pedunculo crassitudine digiti minimi, textus tenuis, cellulosus, fibras distinctas nudo oculo exhibet: vesiculæ istæ semper sunt aqua plenæ. Foliola calycis extus præsertim basi viridia, ad margines lutea; sed illorum tota lamina interna lutea: plerumque duodecim petala invenio, obverse ovata, spathulata, nervo eminente, ad medium paginæ superioris; stamina ultra centum, juxta tres ordines disposita, quorum duo extus inversi super petala; antheræ ad latera filamentorum planorum, luteorum. Germen magnum, pollicare, figuram cucurbitæ exhibens. Stigma planum, sulcatum, inde stellatum; flos suavissimi odoris.

Calyce quadrifolio.

19. Nymphæa alba.

Habitus præcedentis, sed flos major, albus. Calyx quadrifolius, petalis brevior. Fructus sphæricus.

Nymphæa alba L. in aquis, etiam communis prope Grodnam; florens julio: perennis. Lugdunea. Utriusque radix subamara, subacris, sed recens: nam desficata mere farinosa, fatua. Decoctum desficatæ vere pretiosum in gonorrhœa, dysenteria, tenesmo, colicis, ischuria: scilicet quotiescumque in his morbis adest apparatus inflammatorius, aut nimia reactio fibrarum, aut acrimonia.



Sagittaria sagittifolia. L. var.

FASCICULUS IV.

TRIPETALÆ

DIOICÆ.

MONOICÆ.

Foliis sagittatis.

20. Sagittaria monoica.

Caulis erectus, panniculatus. Folia nulla in caule : radicalia petiolata ; juniora graminea, ampliata, adultiora sagittata. Bracteæ sub pedunculis ovato-lanceolatæ, purpureæ ; calyx trifolius ; petala tria ; stamina plurima : germina nulla in maribus superioribus ; feminei flores in imis verticillis exhibent germina plurima, absque staminibus : fructus rotundus ex numerosissimis capsulis monospermis.

Sagittaria sagittifolia L. communis in aquis, Grodnensis ; florens junio : perennis. Lugduna.

Obs. Petala magna, unguibus purpureo-violaceis, laminis albis ; stamina innumera, capitulum formantia ; filamentis brevissimis ; antheris purpureo-violaceis : flores verticillati : verticilli ex tribus pedunculis. In uno specimine, in floribus imi verticilli qui exhibet communiter femininos, enucleavi petala nondum evoluta ; inveni constanter stamina sicut in verticillis superioribus ; unde crederem plantam istam per accidens evadere monoicam, scilicet debilia filamenta, parum numerosa, cito marcescere, post evolutionem floris. Huc venit varietas

etiam fat frequens prope Grodnam, feu Gramen bulbofum aquaticum C. B. prod. p. 4. Radices plurimæ filamentofæ: ex his nafcitur pedunculus femipedalis, vagina foliofa biunciali ornatus; fupra vaginam profert pedunculus corpus folidum, bulbofum, oblongum, maculis plurimis, luteis, oblongis tinctum, in fundo viridi, intus fucculentum humorem lacteum, fat copiofum, poft expreffionem exhibens; longitudine unius pollicis, craffitudine quinque linearum. Ex radice nafcuntur plurima folia graminea, aquofa, femipedalia, integerrima: plurima talia fpecimina, variis temporibus examinavi, fed nullum florens potui invenire. Vigebat fpecimen defcriptum fine maii, in aquis rivi Horodnicza.

STAMINA PLURIMA.

Fructus; bacca.

Foliis ciliato-aculeatis.

21. Stratioites enfiformis.

Ex nodo carnofo, fucculento, magnitudine nucis, tot nafcuntur radices quot folia. Radices funiculiformes, in lutum penetrantes, bipedales, fimplices, albæ. Folia longe lanceolata, enfiformia, triangularia, ciliato-aculeata; inter folia fcapus foliis brevior. Spatha bifolia, concava, tres flores pedunculatos complectens: calyx triphyllus, coloratus; petala tria, albo-carnea, obcordata, calyce duplo majora; ftamina numerofa, ad viginti, filamentis breviffimis, antheris fimplicibus, luteis: germen inferum; ftili fex, bipartiti. Fructus: bacca fexlocularis, utrinque attenuata.

Stratioites Aloides L. communis, prope Grodnam in aquofis Lofofnæ, & alibi; florebat julio : perennis. Radiculæ & folia tali modo inveftiunt tuberem radicis, ut vix appareat a radice ad medium folii; dentes minimi, diftantes, cartilaginei, pungentes; antiqua folia fragilia, nova involventia fcapum, mollia, lætius viridia: rigorofe calyx eft monophyllus, trifidus in meis; plerumque fpecimina inveni hermaphrodita : in paucis obfervavi flores tantum femineos; fed in iftis erant filamenta breviffima ftaminum, circa germen : affinitate naturali cum palmis, plantis exoticis, hæc fpecies amandanda. Feni mefforibus nudis pedibus aquam intrantibus aculeis infefta; vermes copiofiffimos fuftentat & alit.

Fructus : capfula.

Foliis reniformibus.

22. Hydrocharis rotundifolia.

Caules natantes. Folia aquæ impofita coriacea, rotundata, reniformia. Flores dioici, feu mas & femina in diverfis ftirpibus. Pedunculi axillares ex vaginis bifoliis, feu fpatha diphylla in mare & femina. Calyx parvus, trifidus; petala tria, diaphana, alba, unguibus luteis, patula, rotundata; mari ftamina novem, antheris gemellis fex, exteriora breviora, extrorfum curva, tria interiora, fetam ex bafi emittentia, feu ftilifera; feminæ ftili fex. Fructus : capfula fexlocularis, polyfperma, infera.

Hydrocharis morfus ranæ L. communis in aquis lente fluentibus Lofofnæ & alibi; florebat fine julii : perennis. Lugdunea. Potius multiplicatur ftolonibus gemmiferis quam feminibus.

PETALA TRIA.
STAMINA SEX.
Stili numerosi.

Foliis ovatis, acutis.

23. Alisma latifolia.

Radix bulbiformis, fucculenta, alba, radiculas capillaceas innumeras producens. Folia radicalia longe petiolata, lata, ovato-lanceolata, nervosa. Scapi seu caules cubitales, nudi, panniculati. Pedunculi ramosi, verticillati; calyx trifolius; petala tria, rosea, exigua; stamina sex; stili plurimi. Fructus ex filiculis monospermis, trigonis, in circulum dispositis.

Alisma plantago aquatica L. communis prope Grodnam in locis uliginosis, florens augusto: perennis. Lugdunea.

Obs. Sæpe petala alba, aut liliacea, & bifida; stamina petalis breviora; bracteæ siccæ, sub pedunculis: fructus concavus, ex capsulis revolutis. Frequens est varietas, foliis non ovatis, sed lanceolato-acuminatis, latitudine octo linearum, longitudine sex pollicum: in ista rariores sunt flores; duo tantum verticilli remoti; petala rubra, minima; germina plurima, capitulum formantia; quodque germen trisulcatum. Florentem inveni initio junii, in aquis Losofnæ. Mihi videtur intermedia species, disponenda inter plantaginem & ranunculoidem.

Foliis diversis.

24. Alisma diversifolia.

Caules repentes, ex geniculis radiculas emittentes. Folia

oblonga, obtufa, angufta & ovata : pedunculi folitarii ; umbella pauciflora ; capfulæ circiter octo.

Alifma natans L. in aquis filvæ Bobrowfzczyzna, circa Grodnam ; florens julio. Lugdunea.

Foliis lineari – lanceolatis.

25. Alifma anguftifolia.

Caules erecti, palmares. Folia radicalia, lineari-lanceolata, longe pedunculata, nervofa. Flores verticillati ; petala rubra ; pedunculi longi. Fructus globofi, fquarrofi, feu undique echinati.

Alifma ranunculoides L. paffim invenitur in foffis, prope Grodnam ; florebat julio : perennis. Lugdunea.

Obf. In filva prope Grodnam, octava junii, in paludofo loco inveni fpecimen fingulare, quod hic defigno futuris Botanicis ; nam diffectionem peregi floris nondum aperti, unde tutum genus non potui obtinere : in hoc caulis fingulariter contortus ; folia verticillata, tria aut quatuor, lanceolata, fucculenta, glaberrima, quinque-nervia, fupra alia alterna folia, lanceolata, anguftiora ; in centro foliolorum quinque approximatorum, fubvilloforum, inveni glomerulos duos goffypio obductos ; acicula evolvi unum ; obfervavi tres laminas petaloideas interius, tres alias virides exterius ; fex ftamina, antheris magnis.

FASCICULUS V.

FRUCTUS : CAPSULA.

Calyx quinquephyllus, foliolis duobus minoribus.

Caule suffruticoso, floribus luteis.

26. Ciſtus luteus.

Suffrutex procumbens; caulibus numeroſis, pedalibus, ramoſis. Folia oppoſita, oblonga, elliptica, ſubhirſuta, revoluta, integerrima. Stipulæ axillares, lanceolatæ: calyx quinquefidus, foliolis lineatis, duobus minoribus; petala quinque magna, aurea, patula, ſplendentia, rotundata; ſtamina plurima; pedunculi uniflori. Fructus: capſula unilocularis.

Ciſtus helianthemum L. communis ubique in paſcuis, circa Grodnam; florens maio, junio: Lugdunea.

Obſ. Baſis caulis rubeſcit, & ſæpe inveniuntur ſpecimina caulibus & foliis rubris. Huc veniunt etiam ſpecimina foliis magnis, longitudine unius pollicis, nigreſcentibus, vix villoſis.

STAMINA PLURIMA.

Fructus : bacca.

Floribus racemoſis; foliis pinnatis.

27. Actea racemoſa.

Caulis tripedalis, ramoſus, folioſus. Folia duplicato-pinnata: foliolis ovatis, impari trilobato. Flores racemoſi,

racemo ovato; calyx quadrifolius, caducus; petala quatuor, calyce majora, alba, acuminata; stamina viginti, flore majora. Bacca matura nigra, elliptica, compressa, unilocularis: semina multa, semiorbiculata.

Actea christophoriana L. communis in silvis prope Grodnam, in umbrosis locis; florens initio Julii: perennis. Lugdunea, montana. Radix lignosa, acris; baccæ nauseosæ, fœtidæ, venenatæ: succus baccarum cum alumine coctus, dat colorem nigrum. Odor foliorum vix ullus; sapor sub recessu amaro-acris, subastringens, proprius.

Obs. Lobi foliorum inæquales, dentato-serrati; dentibus magnis. Pedunculi albi, diaphani, apice incrassati; petala angusta, nivea, alba; stamina sexdecim ad viginti quatuor inveni in variis speciminibus; antheræ albæ; stilus nullus; stigmata & germina alba. Bracteæ lineares ad basim cujusque pedicelli. Pauci flores, seu sex, in quoque racemo; sæpe infra ramum pedunculum ferens invenio duos flores sessiles.

FASCICULUS VI.

STAMINA PLURIMA,

CALYCIS LATERI INTERNO ADNATA.

STILUS UNUS.

Fructus: drupa nucleo integro.

Ramis muticis.

28. Prunus inermis.

Arbor mediocris altitudinis, ligno pulchro rubro, firmo, inermis. Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, serrata, convoluta, subhirsuta. Flores ex eadem gemma

bini, terni, longo pedunculo; calyx glaber, ferratus; non reflexus, intus gummi plenus; petala quinque, patula, cava, alba, fubviridia; ftamina ad viginti; ftigma fpongiofum, craffum. Fructus fucculentus, in fponte natis acidus, cultura dulcis, ovalis, offiiculo compreffo, utrinque acuminato.

Prunus domeftica L. ubique culta prope Grodnam, florens maio. Fructus edulis; coctus alvum laxat. Lugdunea.

Ramis fpinofis.

29. Prunus fpinofa.

Frutex vix quatuorpedalis, ramofiffimus. Folia ovato-lanceolata, glabra, ferrata, tenera, acerba. Pedunculi axillares, plerumque uniflori; calyx non replicatus; ora fimbriata; petala quinque, alba, ungue vix ullo; ftamina ad viginti; ftilus longus, ftigmate globofo. Fructus: drupa pifi magnitudine, acido-acerba.

Prunus fpinofa L. nunquam inveni circa Grodnam; obfervavi in diftrictu Brzefcienfi; floret maio. Lugdunea. Cortex in febribus intermittentibus pretiofum fuppeditat auxilium, poft toleratos aliquos paroxyfmos; flores recentes, homines delicatiores fat bene purgant; fuccus fructuum immaturorum fpiffatus, acacia dicta Germanorum, in diarrhœis chronicis optimum aftringens; druparum maturarum fuccus, addita fufficiente quantitate aquæ, poft fermentationem vinum non ingratum largitur, ex quo etiam fpiritus ardentes eliciuntur.

Fructu rubro, acido.

30. Cerafus rubra.

Arbor humilis. Folia ovato-lanceolata, glabra, conduplicata. Flores fubumbellati: umbellis fubfeffilibus; petala ovata, fat firma, albo-rofea. Fructus acidiffimus.

Prunus cerasus L. colitur prope Grodnam; etiam spontanea facta in nonnullis silvis; florens initio maii. Lugdunea. Cum baccis spiritus gratissimus, penetrans, fermentatione obtinetur. In praxi gummi cerasorum nostratium, succedaneum omnium exoticorum, etiam arabici, utile auxilium non modo pro correctione drasticorum, sed per se efficax in curatione dysuriæ, stranguriæ, dysenteriæ, herpetum, excoriationum.

Drupa exigua, nigra.

31. Cerasus nigra.

Arbor procera, albo cortice. Folia ovato-lanceolata, subtus pubescentia, serrata, conduplicata. Flores sub-umbellati, longe petiolati; calycis segmenta reflexa, sæpe colorata; petala quinque, subcordata, albo roseo tincta; stamina circiter triginta. Fructus: drupa nigra, exigua, dulcis, subrotunda, glabra, officulo subrotundo, acuminato.

Prunus avium L. frequens in silvis, circa Grodnam; florens aprili, maio. Lugdunea, montana. Cortex medius vere febrifugum, pretiosum in febribus intermittentibus, tertianis, vernalibus; gummi stillans ex flavo rubellum, mite, in dysenteriis, stranguriis, colicis pretiosum anodynum; infusum florum theiforme, aromaticum, mitigat dolores in colicis spasmodicis. Fructus refrigerant, sed vix nutriunt; infusione ex eo potus obtinetur messoribus salubris. Fermentatione gratum & generosum vinum nobis concessit, quod distillatione liquorem spirituosum, suavem, copiose largitur.

Floribus racemosis.

32. Cerasus racemosa.

Frutex decempedalis. Folia decidua, ovato-lanceolata,

ferrata, fubtus in bafi biglandulofa. Flores racemofi, racemo bafi foliofo; calyx non reflexus; petala quinque, bafi ferrata; ftamina a viginti ad triginta; ftigma dilatatum, bifidum. Fructus macilentus, niger, officulo fcabro.

Prunus padus L. communis in omnibus filvis prope Grodnam, ex primis florens, fine aprilis. Lugdunea. Calyx ingrati odoris, fat bene perficæ faporem referens. Folia naufeofa refpuunt capræ & equi; baccas dulces, & naufeofas, intactas relinquunt aves; impune tamen illas fale conditas comedunt homines; lignum leve & flexibile; decocto corticis faturatiffimo curatur fiphilis, notante Linnæo.

STILI DUO.

Bacca infera, difperma.

Ramis fpinofis; foliis trifidis.

33. Crategus fpinofa.

Frutex diffufus, quindecimpedalis, fpinofus: fpinis rectis, folitariis. Folia nitida, glabra, ferrata; alia integra, retusa; alia trilobata; alia pinnatifida: pinna impari maxima. Flores terminantes umbellati; calyx quinquefidus, fegmentis reflexis; petala quinque, alba, fubrotunda, margine crifpo, ferrato; ftamina ad viginti; ftili duo, paffim tres, & quatuor. Fructus inferus eft bacca rubra, ficcà, farinofa; officulo uno aut duobus, aut tribus, aut quatuor.

Crategus oxyacantha L. paffim in filvis prope Grodnam; florens fine maii. Lugdunea. Frutex, utpote difformis

& ſpinoſus, ſepibus inſerviens; lignum tenax & durum ad rotas, manubria, & alia inſtrumenta aptiſſimum; flores, quaſi fœtidi, in affectionibus ſpaſmodicis infuſione ſuppeditant utile auxilium; baccarum farina ſubdulcis, mucum nutritium continet; fermentatione ſubacta, vinum ſat gratum largitur.

STILI TRES.

Bacca infera, triſperma.

Ramis inermibus; foliis pinnatis, glabris.

34. Sorbus glabra.

Arbor vigintipedalis, ramoſa, erecta. Folia pinnata: foliolis firmis, glabris, ſerratis, ovato-lanceolatis; parium octo, extremo majore. Flores ſubumbellati; calyx quinquefidus, ſegmentis acutis; petala quinque, alba, cava, ſubrotunda; ſtamina ad viginti. Fructus: bacca infera, ovata, ruberrima, ſeminibus tribus quatuor aut quinque fœta.

Sorbus aucuparia L. communis in ſilvis prope Grodnam; florens junio. Lugdunea, montana. Lignum ſat durum & firmum, ſeu tenax ad rotarum radlos, cochleas prælorum, ad inſculpendas ligneas icones utile; flores penetrantiſſimum ſpargunt odorem in ſilvis, qui a quinquaginta paſſibus percipitur; ſuccus baccarum vere, ſicut dixit Linnæus, alvum ducit abſque torminibus; ex eo per fermentationem vinum & ſpiritus parari poſſunt: baccæ nutrimentum hieme copioſe concedunt plurimis avibus, præſertim amperidi garrulo: ruſtici Lithuani conſervant magnam quantitatem baccarum deſſicatarum, iiſque utuntur contra ardores & tumefactiones faucium, & tonſillarum.

STILI QUINQUE.

GERMEN INFERUM.

Fructus : pomum quinqueloculare, polyspermum.

Floribus corymbosis ; fructu conico.

35. Pirus corymbosa.

Arbor magna, spinosa, ligno duro. Folia ovato-lanceolata, serrata, glabra. Flores corymbosi ; calyx superus, quinquefidus ; petala quinque, albo-rosea ; stamina ad viginti ; stili quinque : germen tomentosum. Fructus : pomum conicum, carnosum, quinqueloculare, loculis cartilagineis.

Pyrus communis L. spontanea peracta in Lithuania ; florens maio ; mater varietatum cultarum. Lugdunea. Spontaneæ fructus acerbissimi ; sativæ evadunt dulces, spinasque amittunt ; lignum rubrum, ponderosum, ad varia instrumenta utile, etiam ad sculpendas icones ligneas : atrum colorem ebeni æmulum facile induit ; sicera seu vinum ex dulcibus piris paratur.

Floribus subumbellatis ; fructibus rotundis, compressis.

36. Malus umbellata.

Arbor in plurimis attributis similis piro, sed folia brevius mucronata, minus manifesto-serrata, subtus villosa. Flores rubentes, odorati, quasi umbellati ; pedunculi breviores quam in piro. Fructus rotundus, circa pedunculum cavus, superne minus depressus quam in piro.

Pyrus

Pyrus malus L. communis in Lithuania & prope Grodnam, florens aprili. Lugdunea. Lignum durum, leve, tornatoribus utile pro variis inſtrumentis; cortex lanas colore citrino tingit. Acida mala ſilveſtria egregium dant vinum pomaceum, gratum, ſed flatulentum; mala ſativa acidodulcia, ſaniſſima; præſertim cocta in morbis acutis, ptiſanam aut cibum gratum ægrotantibus largiuntur.

FASCICULUS VII.

STAMINA PLURIMA, CALYCI INSERTA.

Capſulæ plures, congeſtæ.

Petalis quinque.

37. Ulmaria pentapetala.

Caulis erectus, tripedalis. Folia pinnata, foliolis acute ſerratis, minimis intermixtis, extremo trilobato, maximo. Flores cymoſi; calyx quinquefidus, coloratus, ſegmentis inflexis; petala quinque, alba, magna, ſubrotunda; ſtamina a quindecim ad viginti quinque. Fructus: capſulæ ſex ad decem; maturæ tali modo contortæ, ut dolii formam exhibent. Semen minimum in quaque capſula.

Spiræa Ulmaria L. communis in omnibus pratis uliginoſis, prope Grodnam Loſoſnæ & alibi; florens junio: perennis. Lugdunea. Flores aromatici: infuſi, utiles in morbis exanthematics, quotieſcumque propter inertiam naturæ difficilis eſt eruptio; decoctum foliorum leniter aſtringens, in fine dyſenteriarum, in diarrhœis a laxitate, jure & merito commendatur; herbam equi negligunt, ſed certe capræ, oves, & boves avide illam devorant.

Obf. Radix nodofa, filamentofa, lutea. Caulis angulofus, medullofus. Folia alterna; ftipulæ duæ, ferratæ, oblique a caule ad petiolum tendentes; antheræ albæ. Sæpe invenio quatuor tantum petala; aliquando cymus florum deformatur, nonnullis pedunculis valde prolongatis.

Petalis fex.

38. Filipendula hexapetala.

Radix ramofa, ex radiculis teretibus producit tubera ovalia. Caulis bipedalis, erectus. Folia pinnata, foliolis uniformibus, ferratis, minimis intermixtis, extremo impari, trilobato; ftipulæ amplexicaules, maximæ, ferratæ. Flores terminantes, corymbofi; calyx femifexfidus; petala fex, alba aut fubrubella, elongata; ftamina numerofa, ad triginta. Fructus: capfulæ duodecim ad viginti, in circulum difpofitæ, ftilo recurvo perfiftente terminatæ.

Spiræa filipendula L. in pratis & pafcuis prope Grodnam; florens initio julii: perennis. Lugdunea. Radices coctæ, pulverifatæ, farinam non ingratam mihi fuppeditarunt: fues eas avide eradicant & comedunt. Flores aromatici; herba ftiptica, fubaftringens, contra album fluxum uteri utilis; equi hanc plantam intactam relinquunt.

Obf. Corpora radicum fucculenta, cortice nigro, figuram & magnitudinem olivarum referunt. Plerumque folia radicalia petiolata; caulina pauca, feffilia. Calyx quinque aut fexfidus, fegmentis inverfis: inveni petala quinque, feptem & octo, fed plerumque fex caduca, facie externa apice rofea, interna alba; ftamina raro ultra viginti quatuor, corollis longiora; antheræ didymæ, fubluteæ. Germina plurima, annulatim difpofita. Stili breviffimi, duodecim; ftigmata glutinofa, magna.

STILI PLURIMI.

Calyx baccatus, polyſpermis.

Calycibus tomentoſis ; caule ſerpente.

39. Roſa ſerpens.

Caulis ramoſus, ramis debilibus, ſpinis incurvis armatis. Folia pinnata, ſeptena, foliolis ſubtus glaucis, ſupra glabris, ovato-lanceolatis, ſerratis, impari majore. Petioli aculeati ; ſtipulæ magnæ, petiolatæ, bifidæ : flores in ſummis ramis conferti ; pedunculis glabris ; calyces tomentoſi, ſegmentis pinnatis & ſemipinnatis ; petala purpurea, cordata, ſuaveolentia. Fructus ovatus, ruberrimus.

Roſa canina L. in ſilvis prope Grodnam, non rara in ſilva Volmeri ; florens julio : Lugdunea. Flores ſuaveolentes minimam quantitatem olei eſſentialis ætherei largiuntur ; deſſicati diu conſervant principium aromaticum ; infuſio cardiacum utile in omnibus morbis, in quibus vires deficiunt ; conſerva roſarum in teneſmis, diarrhœis cum torminibus, ſæpe utiliter præſcribitur.

Ramis denſe ſpinoſis.

40. Roſa ſpinoſiſſima.

Caulis ramoſus, vix bipedalis, ramis ſpinoſiſſimis. Folia pinnata, foliolis novenis, glabris, ſerratis. Petiolis aculeatis ; calycis foliola indiviſa ; petala alba, parva. Fructus rotundi, nigricantes.

Roſa ſpinoſiſſima L. rara circa Grodnam : inveni in campis florentem junio, quatuor milliaribus a Grodna ad occidentem.

Foliis subtus rubiginosis.

41. Rosa rubiginosa.

Rami recti, spinis aduncis horridi. Folia quina aut septena, fere rotunda, superne subhirsuta, inferne rubiginosa, odorata, subviscosa: stipulæ ciliatæ, pilis capitatis: petioli scabri: pedunculi glabri; folia calycis pinnatifida, laciniis ciliatis; corollæ luteæ, parvæ. Germina subrotunda, glabra. Fructus maturus nigrescens.

Rosa eglanteria L. vix vere spontaneam hanc speciem in Lithuania declarare possum; in horto Botanico fuit allata tanquam civis silvarum; sed quod certum, sæpissime inveni in hortis derelictis.

GYMNO-POLYSPERMÆ.

STILI PLURIMI, NUMEROSI.

CALYX QUINQUEFIDUS.

BACCA EX PLURIMIS ACINIS COMPOSITA.

Frutices, foliis compositis.

Caule suberecto; fructu rubro.

42. Rubus sericeus.

Caules ex una radice lignosa, plurimi, erecti, alii herbacei, alii sublignosi: in caulibus herbaceis paucæ spinæ, vix pungentes. Folia quinata, ternata: petiolis canaliculatis: foliolis ovato-lanceolatis, subtus albis, villosis. Foliola calycis longe acuminata, reflexa, intus albo-villosa; petala flaccida, alba, lata. Filamenta plana;

antheræ nigrefcentes. Baccæ rubræ, fragrantes, villofæ.

Rubus idæus L. florebat initio junii in filvis juxta Niemen. Lugdunea, montana. Succus baccarum copiofus, gratiffimus; in omnibus febribus, præfertim inflammatoriis & fynochis, utiliffimum potum fuppeditat; vinum deliciofum, fermentatione bene directa, ex illo facili encheirefi obtinetur.

Caule ferpente, fruticofo; fructu nigro.

43. Rubus fruticofus.

Frutex procumbens, ramis decempedalibus, fpinis rectis & aduncis. Folia quinata & ternata: foliolis vix tomentofis, rhomboideis, incifis, ferratis: petioli fpinofi. Pedunculi teretes, villofi; petala flaccida, alba, & rubefcentia. Baccæ nigræ, numerofæ, glabræ, ftilis perfiftentibus.

Rubus fruticofus L. aliis rarior; circa Grodnam florentem obfervavi junio, in Œconomia Labna. Lugdunea. Baccarum dulcium fuccus infpiffatus pigmentum offert nigrorubicundum; etiam fermentatione vinum producit; infantes qui magnam copiam baccarum comedunt, diarrhœæ funt obnoxii.

Caule proftrato; fructu cæruleo.

44. Rubus cæruleus.

Caules proftrati, aculeati. Folia ternata: foliolis femibilobatis, ferratis, fubhirfutis. Pedunculi teretes, lanuginofi, longi, uniflori, biflori, raris, brevibus fpinis armati; calyces tomentofi; petala alba. Fructus cæruleus, ex majoribus & paucis acinis compofitus.

Rubus cæfius L. communis prope Grodnam, in arvis; florens junio: perennis. Lugdunea.

Herbacei, foliis compositis.

Caule serpente, herbaceo; fructu rubro.

45. Rubus ruber.

Caulis herbaceus, hirsutus, prostratus, flagellis reptantibus, radicatis, vix spinosus. Folia ternata, glabra, foliolis lateralibus semibilobata. Pedunculi hirsuti, subspinosi, uniflori, & multiflori; calycis foliola lanceolata, vix villosa; petala alba: baccæ rubræ, ex paucioribus, duobus, tribus, aut quatuor magnis acinis distinctis compositæ.

Rubus Saxatilis L. non rara in silvis, prope Grodnam; florens junio: perennis. Succus baccarum gratissimus; etiam vinum post fermentationem largitur. Lugdunea, montana.

Foliis simplicibus.

46. Rubus ribis folio.


Radix repens, filiformis. Caulis semipedalis, inermis, herbaceus, simplicissimus, villosus. Folia tria, alterna, petiolata, quinquelobata, inæqualiter serrata. Stipulæ binæ ad basim petiolorum. Flos terminalis, unicus, pedunculatus; calyx quinquefidus, patens; petala quinque, alba, magna, obovata, venosa. Bacca ex paucis acinis pallide rufis.

Rubus chamæmorus L. in humidis silvarum prope Grodnam, sat frequens; florens junio: perennis. In hac specie aliæ plantæ sunt mares, aliæ feminæ, sexu distinctissimæ. Baccæ gratissimæ; conditæ cibum suppeditant jucundissimum phthisicis, hæmophthisicis, & scorbuticis.

Huc venit alia species: cujus caulis herbaceus, palmaris, simplex, basi glaber, superne hirsutus, erectus, rotundus.

RVBVS ὀρεορρίζογκολοβάκανθος P.358.N.45.

saxatilis, L.



Folia tria aut quatuor, petiolis longis, canaliculatis, hirfuto-fubfpinofis, ternata: foliolis magnis, inæqualiter ferratis, ovatis, pagina inferiori albefcente, lateralibus fubfeffilibus. Stipulæ duæ, lanceolatæ, ad originem petiolorum. Pedunculi tres, vix pollicares, hirfuti: nafcuntur ex apice pedunculi craffioris, generalis, bracteis minimis circumvallati: ex eodem puncto exurgit petiolus, tria foliola ferens minora; calyx quinquefidus; petala quinque, alba, angufta, erecta; ftamina erecta, filamentis latis, villofis; antheris nigro-luteis. Frequens in filvis Lithuaniæ; florebat decima junii, in filva juxta Niemen. Odor florum fuaviffimus. Baccæ paucæ, rubræ. Militat inter faxatilem & arctium; fed in noftro certe non funt flagelli reptantes: figura Oederi, tab. 488, perfecte refert noftrum; fed in noftro tres pedunculi fimul oriuntur, breviores folio florali; præterea petala in noftro conftanter alba, minora & anguftiora.

STILI NUMEROSI.

Calyx octofidus.

Caule erecto.

47. Tormentilla erecta.

Radix craffa, magna, tuberculofa, fucco rubra plena. Caules erecti, ramofi, pedales. Folia radicalia, petiolata: caulina feffilia, omnia quinata, foliolis inferioribus minoribus. Calycis fegmenta hirfuta; petala quatuor, cordiformia, lutea, ungue croceo; ftamina a decem ad viginti. Receptaculum pappo diftinctum: femina circiter octo.

Tormentilla erecta L. communis prope Grodnam in omnibus

ſilvis ; florens ſine julii : perennis. Lugdunea. Radix auſtera cum aromate ; decoctum intus ſumptum ſub fine dyſenteriarum , & in diarrhœis ab inertia , efficax remedium ; vidi phthiſim uſu pulveris tormentillæ ſanatam ; extus decoctum in ulceribus utile topicum. Pulvis radicum non modo inſervit pro coriis præparandis , ſed etiam illarum ſuccus illa ſat pulchro colore tingit.

Caulibus repentibus.

48. Tormentilla reptans.

Habitus præcedentis : differt caule repente , ex geniculis radiculas emittente , foliis minoribus albidioribus , & profundius ſerratis , caulinis petiolatis , colore florum ſaturatiore.

Tormentilla reptans L. inveni prope Grodnam in ſilva dicta Grandzicze ; florebat ſine julii.

CALYCIBUS DECEMFIDIS, FOLIIS TERNATIS.

Fructus baccatus , ex acinis numeroſis.

Flagellis reptans , fructu ſucculento.

49. Fragaria ſucculenta.

Radices nigræ , ramoſæ. Caulis flagellis reptans per intervalla radicatis , ramoſus , floridus. Folia ternata , inferna alba , villoſa , ovato-lanceolata. Pedunculi breves , uniflori ; calyx monophyllus , decemfidus , ſegmentis reflexis ; petala alba , patula ; ſtamina circiter viginti. Receptaculum ovatum , maturitate rubrum , & ſucculentum : cui ſemina nuda adhærent.

Fragaria vesca L. communis in omnibus silvis prope Grodnam, florens maio; perennis. Lugdunea. Radicis decoctum aquam tingit colore rubro; cum saccharo edulcoratum, ptisana grata & utilis Herpeticis, hypochondriacis, ictericis. Fructus dulcis, suaveolens, omnibus gratus. Phthisicis non contemnendum medicamentum.

Obs. Ante evolutionem, folia plicata juxta longitudinem nervorum, & tot sunt plicæ quot sunt nervi: in hoc statu involuta stipulis siccis, sicut folia arborum in gemmis; senescens tantum planta stolones ex radice producit: sæpe segmenta calycis apice bifida. Petala crenulata.

Absque flagellis; fructu desiccato.

50. Fragaria sicca.

Habitus præcedentis. Caulis durior, decumbens, repens, sed flagella non producens. Pedunculi longiores, lanuginosi; calyx hirsutior; petala emarginata, cordata; placenta sicca, nec baccam referens. Folia retusa, inferne albidiora.

Fragaria sterilis L. rara circa Grodnam: inveni florentem, initio maii, in Œconomia Labna, in pascuis: perennis. Lugdunea, montana.

SEMINA PLURIMA, MUTICA.

Folia ternata.

Foliis hirsutis, petalis luteis.

51. Potentilla trifolia.

Caules biunciales, & triunciales: stipulæ magnæ, ovatolanceolatæ. Folia radicalia, petiolata, ternata, ovata,

hirsuta, paucis dentibus serrata; caulina tripartita, angustioria, duobus stipulis ornata. Pedunculi pauciflori, terminantes caulem; petala lutea, cordata, calyce majora: semina numerosissima.

Potentilla Norvegica L. frequens in pascuis, prope Grodnam; florens maio: perennis.

Folia quinata.

Caule reptante.

52. Potentilla reptans.

Caulis longe repens, radicatus. Folia septena, aut quina, digitata, hirsuta, serrata, foliolo intermedio maximo. Pedunculi uniflori: flores flavi, petalis cordatis.

Potentilla reptans L. frequens prope Grodnam, in pascuis; florens fine junii: perennis. Lugdunea. Foliorum decoctum leniter astringens in ulceribus, dysenteriis, febribus intermittentibus, tumefactione faucium, œdematosa, catarrhali utile medicamentum, certis observationibus comprobatum.

Obs. Sæpe caulis repit tenuissimus, ad distantiam quinque pedum. Folia in nostris plerumque quinata, opposita, longe petiolata: ad nodos inflatos stipulæ duæ, palmatæ, bifidæ, aut trifidæ. Inter utrumque petiolum pedunculus nascitur uniflorus; quinque foliola interna calycis, colorata; antheræ, & stili lutei.

Caule decumbente.

53. Potentilla minor.

Radix lignosa, longe repens. Caules plurimi, declinati, multiflori, in summitate laxe ramosi. Folia radicalia

PENTAPHYLLVM λευκανθορεοπετροῤῥεπές

P. 363.

N. 55.



longe petiolata, quinata, retuſa, ſubhirſuta; caulina ſtipulata, ovato-lanceolata, ternata. Pedunculi uniflori; calyx hirſutus, foliolis exterioribus purpuraſcentibus; petala lutea, cordata.

Potentilla verna L. in paſcuis prope Grodnam; florens aprili: perennis. Lugdunea.

Obſ. Huc reduco ſpecimen florens, fine aprilis, prope Grodnam, circa palatium dictum Staniſlawa. Minima planta, vix triuncialis: caules plurimi, breviſſimi: folia ternata, ſat longe petiolata; foliolis læte viridibus, piloſis, crenato-dentatis: ſtipulæ duæ lanceolatæ, petiolatæ, ad originem cujuſque petioli; ſed quod præcipue notandum, petala minima, lutea, calyce breviora.

Foliis ſericeis, petalis maculatis.

54. Potentilla maculata.

Habitus præcedentis. Folia radicalia quinata, ſerrata, alba, ſplendentia, retuſa, oris argenteis, ſericeo pilo hirſuta. Caules declinati, ſemipedales, ſumme ramoſi. Stipulæ ovato-lanceolatæ, acutæ. Flores terminantes caulem; calyx pilis albis, ſericeis hirſutus; petala magna, crocea, ad unguem macula ſaturatiori tincta.

Potentilla aurea L. communis ubique in paſcuis, prope Grodnam; florens initio maii: perennis. Lugdunea, montana.

Foliis ſericeis; petalis albis.

55. Potentilla alba.

Caules filiformes, procumbentes, pedales, villoſi. Folia quinata, apice conniventia; inferiora longe petiolata, pagina inferiori alba, ſericea; caulina breviter petiolata, ternata, cum ſtipulis duabus, longis, lanceolatis; calyx ſericeus; petala alba.

Potentilla alba L. frequens prope Grodnam, Lofofnæ; florens initio maii : perennis. Delphinalis. In plerifque fpeciminibus, longitudo foliorum unius pollicis & dimidii, vixque caulis poteft dici procumbens : alia fpecimina inveni, foliis multo minoribus, caule vere procumbente : unde forte, circa Grodnam, poffidemus potentillam albam & caulefcentem Linnæi. Quinque dentes adfunt terminantes folium impar ; quatuor terminant folia intermedia, & duo tantum exteriora. Stipulæ lanceolatæ, longitudine unius pollicis, ad mediam longitudinem petiolo agglutinatæ. Foliola ante evolutionem plicata funt, ficut duo folia libri. Diameter corollæ decem linearum ; ftamina circiter triginta, quorum pleraque caftrata ; ftili viginti quatuor, certe glabri ; fundus calycis purpureus, fubhifpidus.

Foliis feptenis ; caule erecto.

56. Potentilla acutifolia.

Caulis erectus cubitalis, lignefcens. Folia digitata, feptena & quina, hirfuta, fubafpera, viridia, lanceolata, acute ferrata ; ftipulæ profunde laciniatæ. Flores fubumbellati, terminantes ; calyx villofus ; petala fulphurei coloris, cordata, emarginata.

Potentilla recta L. frequens in pafcuis, prope Grodnam ; florens junio : perennis. Lugdunea.

Foliis apice ferratis, fubtus albis.

57. Potentilla tomentofa.

Caulis erectus, lignofus. Folia quinata, fubtus albo tomento obducta, apice ferrata, cuneiformia, longa, ftricta : inferiora petiolata ; fuperiora feffilia, anguftiora.

Flores ſubumbellati, terminantes caulem; calyx albus, villoſus; petala lutea, non maculata, ſubrotunda.

Potentilla argentea L. rarior prope Grodnam, in paſcuis Labnæ; florens junio: perennis. Lugdunea.

Obſ. In Chloride Grodnenſi deleatur potentilla ſupina, utpote nondum ſat rigoroſe determinata.

Foliis pinnatis.

Foliolis albis, ſplendentibus.

58. Potentilla argentina.

Caules repentes. Folia radicalia plurima, pinnata, foliolis ovato-lanceolatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis, albis, ſplendentibus, intermixtis minoribus. Pedunculi uniflori, axillares; petala lutea, rotunda.

Potentilla anſerina L. communis prope Grodnam, juxta foſſas; florens julio: perennis. Lugdunea. Radix & folia mucum nutritium continent: vix tamen armenta hanc plantam appetunt, præter ſues qui avide radices evellunt. Decoctum foliorum ſubauſterum; in diarrhœis, in tono inteſtinorum debilitato merito laudatur.

Petalis minimis, purpureis.

Placenta ſucculenta.

59. Comarum rubrum.

Caulis ſerpens, per intervalla radices longiſſimas producens. Folia pinnata, foliolis ellipticis, acute ſerratis, impare majori. Stipulæ ovato-lanceolatæ. Flores terminantes ramos; calyx ampliſſimus, obſcure purpureus;

petala quinque, minima, lingulata, obſcure purpurea; placenta per maturitatem ſucculenta, tumida.

Comarum paluſtre L. non rara circa Grodnam, in pratis uliginoſis juxta amnem Loſoſnæ; florens junio: perennis. Lugdunea. Ex radice color cæruleus, & rubicundus obtinetur. Decoctum in ictero laudatur.

Semina ariſta geniculata.

Floribus nutantibus.

60. Geum nutans.

Caulis erectus, cubitalis, ſumma parte ramoſus, & floriſer. Folia pinnata, pinnis acutis; extrema maxima, trilobata. Flores nutantes, conniventes; calycis ſegmenta decem, quinque minoribus; petala quinque: ſemina ariſta geniculata, plumoſa. Fructus oblongus.

Geum rivale L. communis in paludoſis, prope Grodnam, Loſoſnæ, & alibi; florens maio: perennis. Lugdunea, montana. Decoctum radicis & foliorum in febribus intermittentibus, diarrhœis, laxitate ventriculi, hæmorrhagiis non inutile auxilium.

Obſ. Radices numeroſiſſimæ, cortice rubeſcente, odorato. Caulis plerumque vix pedalis. Folia radicalia longiſſima: inveni ſpecimina petalis albis, alia petalis rubiginei coloris; plerumque ſunt luteſcentia, rubris maculis tincta: in uno ſpecimine duodecim erant ſegmenta calycis, & ſex petala.

Huc venit Caryophyllata prolifera floſculis elegantiſſimis Loeſelii, obſervata prope Vilnam. Foliola calycis valde ampliata: ſex exteriora breviora, dentata; ſex interiora maxima, dentato-lobata, ſat æmula involucro folioſo anemones ranunculoideæ. Petala calyci inſerta, circiter

triginta, ſpathulata, unguibus longis ſtraminei coloris, numeroſis lineis ſanguineis picta; ſtamina numeroſa, petalis intermixta. Ex centro floris pedunculus elevatur ad altitudinem ſex linearum, ferens calycem polyphyllum, foliolis dentatis, ſed abſque ſtaminibus & petalis: calyx iſte involvit numeroſiſſimos piſtillos denſe ſtipatos, ſtilis hirſutis, apice rubeſcentibus. Demonſtratur mera varietas Gei rivalis, utpote ex radice producens unum tantum caulem monſtroſum, & duos alios caules naturalis formæ, ſcilicet non proliferos. Petala nondum bene evoluta in his, ſtramineo-virideſcentia, abſque lineis rubris.

Floribus erectis, radice caryophyllos redolens.

61. Geum caryophyllata.

Radix lignoſa, craſſa, fuſca. **Caulis** erectus, cubitalis. **Folia** lyrata ſeu pinnatifida: pinna impari maxima, trilobata. **Calycis** ſegmenta reflexa; petala lutea. **Fructus** globoſus, ariſtis ſeu tubis perſiſtentibus, uncinatis, nudis, non plumoſis.

Geum urbanum L. paſſim circa Grodnam, in ſilvis, juxta Niemen; florens maio, junio: perennis. Lugdunea. Primo vere radix effoſſa caryophyllos redolet: cæterum ſubaſtringens; infuſa in vino, præſtans in debilitate ventriculi, diarrhœa; pulvis in fine dyſenteriæ præſtans & in febribus tertianis vernalibus.

FASCICULUS VIII.

STAMINA NUMEROSA, RECEPTACULO INSERTA.

STILI PLURIMI.

GYMNO-POLYSPERMA.

Petala ungue nectarifero.

Petalis numerosis.

62. Ficaria polypetala.

Radix plurimos bulbillos producens, ficuum minimorum figuram exhibentes. Folia radicalia longe petiolata, cordato-rotundata, maximis dentibus incisa : folia caulina alterna : in parte intermedia caulis duo opposita ; superiora evidentius lobata, lobis septem, angulosis. Caulis basi rubescens, semipedalis, procumbens : cæterum planta aquosa, succosa, mollis. Plerumque flos unus terminat caulem ; calycis foliola tria, cochleatim excavata ; petala octo, lingulata, pagina superiore aurea, splendente ; glandula minima, plana ad unguem cujusque petali ; filamenta complanata. Fructus : semina congesta, apice recurvata.

Ranunculus ficaria L. ubique prope Grodnam, in umbrosis locis florens aprili : perennis. Lugdunea. Radix in recessu acris ; folia fatua : cataplasma ex foliis lenimen dolorum pro hæmorrhoidariis.

Obs. Filamenta inæqualia, sæpissime plurima invenio castrata, jam sicut petala dilatata : numerus petalorum incertus ; modo

modo decem, modo duodecim invenio; in nonnullis ſpeciminibus calycis foliola quinque obſervantur; ſæpe duo petala unguibus coaleſcunt. Juxta ſtationes plurimum variant folia: video quaſi palmata, integerrima, anguloſa, dentata, rotundata, elongata; primo tempore vegetationis radicis bulbuli ſunt duri, ſolidi, ſucculenti, pulpa albiſſima; poſtea evadunt flaccidi, cavi; præter bulbulos iſtos inveniuntur ſæpe alii in axillis petiolorum, qui ſeparati & pingui terræ commiſſi ficariam producunt: bulbi radicum etiam novæ plantæ rudimenta fovent: hic eſt in iſta ſpecie ſolus efficax modus propagationis; nam plerumque abortiunt ſemina. Acredo bulborum diſſipatur decoctione: tunc vere edulis farina obtineri poteſt.

FLORES AXILLARES.

PEDUNCULIS UNIFLORIS.

Aquaticæ, foliis capillaceis, compoſitis.

Foliolis parallelis.

63. Ranunculus peucedani folio.

Caules longi, fluitantes, ex nodis folia, radices & flores producentes. Folia compoſita, multifida: laciniis capillaribus, parallelis, longiſſimis. Pedunculi axillares, uniflori: flos albus, magnus, unguibus flavis, fovea annulo coronata notatis; ſtamina ad triginta. Fructus ſubrotundus, ex plurimis ſeminibus, ovatis, rugoſis compoſitus.

Communis in aquis, prope Grodnam Loſoſnæ; florens maio: perennis. Lugdunea.

Foliolis divergentibus.

64. Ranunculus feniculaceus.

Habitus præcedentis, ſed foliola capillacea, divergentia, breviora, & flos minor.

Frequens circa Grodnam, in omnibus aquis, in rivo Horodnicæ; florens maio: perennis. Lugdunea.

Foliis integris & compoſitis.

65. Ranunculus diverſifolius.

Folia immerſa capillacea: foliolis craſſioribus, brevioribus; folia emerſa reniformia, orbiculata, palmata: cæterum habitu ſimilis præcedentibus.

Tres præcedentes plantas Linnæus comprehendit ſub nomine Ranunculi aquatilis.

Obſervavi in ripis ſtagni Jeziory, tribus milliaribus a Grodna; florebat initio junii.


FLORIBUS RAMOS TERMINANTIBUS.

Foliis diviſis.

Foliolis ſemitrilobatis, radice ſubtuberoſa.

67. Ranunculus ſubtuberoſus.

Radix quaſi tuberoſa, oblonga. Caulis fiſtuloſus, erectus. Folia hirſuta, ſemitrilobata: lobis lateralibus bipartitis; caulina ſemitrilobata: lobis anguſtis, linearibus. Pedunculi teretes: flores terminantes caulem, ſubumbellati; foliola calycis patula, caduca, nitentia, nigra linea diviſa; petala lutea, aurea, ſquamula unguium ſubcordata.



Ranonculus lanuginosus. L. v. h.

Ranunculus acris L. communis, ubique in pratis circa Grodnam; florens junio: perennis. Lugdunea. Planta recens acerrima, comburens & veficulas excitans cuti impofita; ficcata evadit fatua. Clavum hyftericum, contufa, fuper partem dolentem applicata, vix veficula formata me præfente plenarie diffipavit; carpis admota febres tertianas certe fæpe fugat; in rheumatifmo chronico, tanquam veficatorium appofita, diu antea præfcripta faponaria, ad miraculum energica evadit.

Caule multifloro, foliis multipartitis.

67. Ranunculus multiflorus.

Caulis ramofus, multiflorus, erectus. Folia hirfuta, multipartita, femifeptiloba, lobis tridentatis, acutis. Pedunculi fulcati; calyces patuli: cæterum habitu, & plerifque attributis fimilis præcedenti.

Ranunculus polyanthemos L. non rara in pratis & pafcuis prope Grodnam, florens julio: perennis. Delphinalis.

Foliis hirfutiffimis.

68. Ranunculus lanuginofus.

Radix ex numerofis fibris teretibus. Caulis pedalis, ramofus, erectus, hirfutus. Folia craffiufcula: radicalia quinquelobata; caulina femitrilobata, lobis ferratis, hirfutiffima, feu holofericea. Pedunculi teretes; calyces hirfuti, patuli: flos magnus, flavus, aureus: unguibus, tuberculo & viridibus lineis notatis.

Ranunculus lanuginofus L. communis in omnibus filvis circa Grodnam; florens maio: perennis. Lugdunea, montana. Bona figura extat illius in Flora Boruffica Loefelii, Icon. 71: cujus phrafis comparativa adjuvat diagnofim, fcilicet, ranunculus nemorofus, hirfutus, folio caryophyllatæ.

Caule reptante.

69. Ranunculus repens.

Caules alii proſtrati, reptantes, radicati; alii decumbentes, pedales, ramoſi, multiflori. Folia compoſita, hirſuta, trilobata: foliolis fiſſis, circumſerratis. Pedunculi ſulcati; calyces patuli, villoſi: flores flavi, aurei; nectaria lata, bifida.

Ranunculus repens L. frequens prope Grodnam, in foſſis Loſoſnæ & alibi; florens julio: perennis. Lugdunea. Mitis eſt, ſeu etiam recens, vix acris.

Radice ſubrotunda, ſucculenta.

70. Ranunculus bulboſus.

Radix ſubrotunda, tuberoſa, ex baſi depreſſa numeroſas radiculas producens. Folia ſat ſimilia præcedenti, ſed hirſutiora: foliolis acutis ſerratis; caulina longiora. Caulis erectus, pedalis, fiſtuloſus, pauciflorus. Calyx retroflexus: foliolis glabris, margine coloratis; petala flava, aurea, unguibus virentibus. Nectaria pulpoſa, bifida.

Ranunculus bulboſus L. ubique prope Grodnam, in pratis & ſilvis; florens maio: perennis. Lugdunea. Folia & radices recentes acerrima: veſiculas excitant ſicut cantharides, ſed minori cum dolore, nullumque influxum ſuper vias urinarias demonſtrant: unde anteponendæ quotieſcumque indicantur veſicatoria.

Obſ. Specimen curioſum circa Grodnam inveni; radices, caules, pedunculi, & flores erant faſciati; ſcilicet caulis planus, latitudine unius pollicis, tres caules coadunatos offerebat; flores non erant rotundi, ſed elongati; viginti circiter petala inæqualia exhibebant.

Foliis semitrilobatis, levibus, summis digitatis.

71. Ranunculus digitatus.

Radix crassa, plurimas radiculas simplices producens. Caulis cubitalis, ramosus, erectus, fungosus, crassitudine digiti. Folia inferiora petiolata, palmata, trilobata: lobis lateribus, semipartitis, medio tripartito, omnibus rotunde dentatis; caulina digitata, segmentis angustis; suprema simpliciora, elliptica. Flores numerosi; calyces reflexi; petala exigua, pallentia; nectaria foveola margine cincta tumente. Fructus elongatus.

Ranunculus sceleratus L. communis prope Grodnam, in omnibus locis paludosis; florens fine junii: perennis. Lugdunea. Planta acerrima inter socias; cito imposita cutem rubescit, phlyctænas excitat ulceraque profunda, difficillime sanabilia; decoctione & desiccatione amittit vires suas, sicut pleræque aliæ species ranunculorum; intus sumpta anxietates, vomitus, cardialgias, convulsiones excitat, postea mortem, apparentibus omnibus signis inflammationis, & sphaceli; oves tamen impune me præsente vorarunt illam. Cæterum hæc species diversam sæpe faciem obtinet: sæpe ramosissima, aliquando vix ramosa; nec constans est figura foliorum: modo segmenta latiora, modo angustiora.

Seminibus aculeatis.

72. Ranunculus echinatus.

Radices ex brevi bulbo fibrosæ. Caulis pedalis, multiflorus. Folia radicalia magna, lata, trilobata: lobis petiolatis, acute incisis, lateralibus bipartitis, intermedio tripartito; caulina superiora, decomposita, laciniis linearibus. Flores parvi, pallidi; stamina pauca, quin-

decim ; nectaria cordata : femina pauca , basi rotunda , apice acuminata , acumine longo : unde fructus dicitur echinatus.

Ranunculus arvensis : primis annis nunquam inveni circa Grodnam ; elapsa ex horto Botanico in campis vicinis fuit propagata. Circa Varsaviam observavi florentem in arvis mense junio : acerrima , degustata mihi combussit fauces spatio viginti quatuor horarum , vesiculasque excitavit in lingua. Lugdunea.

Foliis radicalibus , reniformibus , incisis.

73. Ranunculus mitis.

Radix numerosissimis gracilibusque fibris constans. Caulis erectus , pedalis , ramosus. Folia lævia : radicalia reniformia , integra & semitrilobata , rotunde crenata ; caulina superiora , multipartita , palmata , segmentis linearibus , integerrimis. Calyx reflexus ; petala calyce breviora , flava , nitida.


Ranunculus auricomus L. prope Grodnam , copiose in silva Dominicanorum ; florens maio : perennis. Lugdunea , montana. Planta mitis , & diu masticata nullam mihi acredinem excitavit. Accurata dissectione invenimus petala agglutinata calyci tali modo , ut prorsus nulla apparent ; sed postea separantur successive.

Foliis radicalibus , reniformibus , integris.

74. Ranunculus reniformis.

Radix ex innumeris filamentis , albidis , simplicibus. Caulis cubitalis , superius brachiatus , ad divisionem tumescens. Folia caulina digitata , foliolis lanceolatis , dentatis ; radicalia longe petiolata , subrotundo-cordata , crenata. Flores plurimi ; petala lutea.

P. 374. N. 74.



Ranonculus cassubicus. L.

Ranunculus caſſubicus L. florebat maio : prope Grodnam, in ſilva Dominicanorum ; perennis. Eſt ranunculus aconitifolius, folio rotundo ad radicem præſtolante Loeſelii, cujus figura reducta bene exprimit nonnulla noſtra individua : folia caulina inferiora, ab octo ad duodecim ; numerus minuitur ad quamlibet ſubdiviſionem : plerumque unum tantum folium adeſt radicale, modo parvum ſicut in figura Loeſelii , ſed plerumque diametri duorum pollicum ; figura illius folii non eſt conſtans : inveni vere reniformem diametri tranſverſalis ſemipedalis.

Foliis integris.

Foliis enſiformibus , magnis.

75. Ranunculus lingua.

Caulis erectus, cubitalis, ramoſus, fiſtuloſus. Folia petiolo vaginantia , lanceolata , villoſa , ſubſerrata. Flores terminantes ramos , ampliſſimi , lutei ; calyx villoſus ; nectaria ſquama eminens cum foveola.

Ranunculus Lingua L. communis prope Grodnam in locis paludoſis Loſoſnæ , & alibi ; florens julio : perennis. Lugdunea. Acerrima eſt & corrodens ; facillime cognoſcitur longis & latis foliis, ſaltem octo pollicum longitudine & latitudine unius, & flore ampliſſimo, diametro pollicis & dimidii.

Foliis elliptico-lanceolatis , parvis.

76. Ranunculus declinatus.

Caulis declinatus, ramoſus, pedalis. Folia radicalia petiolata , ovato - lanceolata , firmula , integra & dentata. Flores minores, flavi, nitentes. Calyx ſubhirſutus.

Ranunculus flammula L. frequens in locis uliginosis, prope Grodnam; florens maio: perennis. Etiam acerrima. Lugdunea.

Caule reptante.

77. Ranunculus reptans.

Caulis repens, ex primis nodis radiculas producens. Folia linearia. Flores exigui, lutei, nitentes; pedunculi uniflori.

Ranunculus reptans L. copiose in stagno parvo prope Horodnicam; florens junio. Lugdunea, montana. Jure. ill. Hallerus simplicem varietatem flammulæ nuntiat, nam a primo vere quaque die observatam, vidimus certo acquirentem faciem & attributa flammulæ, & pro demonstratione collegimus specimina cujusque septimanæ.

Petala subulata, calycis folia gnomonem referentia.

Fructu cylindrico, caule scaposo.

78. Myosurus scaposus.

Folia plurima, radicalia, linearia, succulenta. Caulis, seu scapus quadriuncialis, rectus, uniflorus: folia calycis caduca, quinque, viridi-albicantia, summo scapo media parte affixa, postea inferiore scapo appressa, superiore patula, elliptico-obtusa; petala quinque, albida, caduca, lingulata; stamina a septem ad duodecim. Fructus caudæ muris similis, longe cylindricus, numerosissimis constat seminibus.

Myosurus minimus L. communis prope Grodnam, in pascuis & arvis; florens aprili: annua. Lugdunea. Placet phrasis Tournefortii: ranunculus gramineo folio, flore caudato, seminibus in capitulum spicatum congestis.

Obf. Planta florens vix triuncialis : tunc folia fcapo longiora. Radix ex plurimis radiculis capillaceis conftans; herba fatua: appendices inferiores calycis invenio fimplices & bifidos; petala & foliola calycis numero etiam variant; invenio feptem & octo; petala vix diftinguuntur a filamentis : fed funt latiora, apice extus curvata; fpica feminum tempore florefcentiæ brevis, fed maturefcendo evadit longior fcapo; plurimi plerumque fcapi ex una radice: petala Linnæus nectaria appellat. Inveni fpecimina cum fcapo jam foliis altiore, vix unciali: in his folia filamentofa, feu quafi fili tenues. Bracteæ minimæ inveniuntur ad bafim cujufque germinis.

Calyx : involucrum remotum a corolla, quæ plerumque hexapetala aut polypetala.

Calyce trifolio, petalis contiguo.

79. Hepatica triloba.

Folia radicalia petiolata, coriacea, firmula, femitrilobata, lobis cordiformibus. Caulis aphyllus. Calyx trifolius, perfiftens, flori contiguus, foliolis ovato-lanceolatis; petala fex, patula, lanceolata, cærulea: femina oblonge ovata, villofa.

Anemone hepatica L. ubique prope Grodnam, in filvis ad radices arborum; florens aprili: perennis. Delphinalis. Folia fubauftera; illorum decoctum intus in gonorrhœis inveteratis utile, extus in Œdemate & ulceribus adjuvans.

Obf. Folia recentia denfo, albo villo, ficut petioli & pedunculi, onufta; numerus petalorum incertus: modo feptem, octo, novem, & decem invenio: circa Vilnam frequens eft varietas, petalis albis & carneis; in ifta antheræ pulcherrimæ, fcilicet albæ, rofeæ.

INVOLUCRO A COROLLA REMOTO.

Seminibus levibus.

Petalis flavis.

80. Anemone flava.

Radix cylindrica, tranſverſa. Caulis debilis, ſimplex, ad angulum rectum ex radice aſcendens. Folia caulina quinquepartita, lobis tripartitis, inciſis. Ex centro foliorum trium verticillatorum pedunculi duo, uniflori; petala quinque, ſubrotunda, flava. Fructus convexus, ex ſeminibus glabris, incurvis.

Anemone ranunculoides L. communis in omnibus ſilvis prope Grodnam; florens aprili: perennis. Lugdunea. Numerus petalorum non eſt conſtans: ſæpe numeravimus ſeptem & octo petala in quoque flore.

Petalis albis.

81. Anemone alba.


Facies præcedentis, ſed flos unicus. Petala ſex, ſeptem aut octo, longiora, alba aut ſubroſea; pedunculi longiores: flores nutantes. Fructus ſimilis, & ſemina minus incurva.

Anemone nemoroſa L. communis, etiam in omnibus ſilvis prope Grodnam; florens fine martii aut initio aprilis: perennis. Lugdunea.

Obſ. Specimen inveni foliis involucri rubeſcentibus, brevioribus; ſegmentis linearibus durioribus.

Anemone nemoroſa, varietas flore pleno. In centro involucri ſedet abſque pedunculo flos polypetalos, in

PVLSATILLA ὀρεανθιώδης P.379. N.83.
vernalis. L.



o numero quadraginta ſegmenta ; petala inferiora, lanceolata, apice diſſecta, viridia omnia, elongata, plurima linearia ; ſtamina pauca, ſex ; ſed ſunt germina. Curioſum iſtud monſtrum inveni florens initio maii, prope Grodnam, in ſilva juxta Niemen.

CAUDÆ SEMINUM LONGÆ.

Floribus albis.

Seminibus lanatis.

82. Anemone hirſuta.

Caulis cubitalis, ſimplex, uniflorus. Folia radicalia longe petiolata, hirſuta, digitata, quinquepartita, lobis dentatis, ſat latis ; caulina tria, verticillata, ſat ſimilia lobis anguſtioribus. Flos unus terminans ; petala quinque, ſat magna, extus villoſa, alba. Fructus ovalis, ex ſeminibus villoſis.

Anemone ſilveſtris L. frequens in omnibus ſilvis, prope Grodnam, in locis arenoſis florens maio ; perennis. Lugdunea.

Flore erecto, albo, roſeo.

83. Anemone albo-roſea.

Radix lignoſa, ramoſa. Folia radicalia plurima, pinnata : pinnis latis, lobatis. Caulis ſemipedalis, involucro foliorum villoſorum, multipartitorum terminato. Flos unicus, erectus, minor quam in ſilveſtri, primo albus, poſtea roſaceus, exinde luteſcens ; petala ſex, ovato-lanceolata : ſemina plumoſa, ſericea.

Anemone vernalis L. inveni prope Grodnam, florentem maio, in prædio cujuſdam nobilis, ad confinia Boruſſiæ.

CAUDIS SEMINUM LONGIS.

Floribus violaceis.

Petalis maximis, patentibus.

84. Pulſatilla patens.

Radix lignoſa, magna, ramoſa. Caules plurimi, uniflori, aphylli, vix palmares. Folia radicalia ternato-digitata, foliolis ſeſſilibus, laciniatis, acuminatis, intermedio tripartito, lateralibus bipartitis. Involucrum foliofum, terminans caulem villoſum. Flos in hoc genere maximus; petala læte cærulea, recta, villoſa; ſtamina lutea, patentia.

Anemone patens L. ubique prope Grodnam, in campis arenoſis; florens aprili: perennis.

Obſ. Huc veniunt varietates floribus carneis & lacteis: has invenimus circa Vilnam; lacteæ petala minora, ſcapus villoſior.


Petalis mediocribus, rectis.

85. Pulſatilla recta.

Radix magna, lignoſa, nigra. Folia radicalia numeroſa, hirſutie incana, duplicato-pinnata, pinnis tripartitis, & quadripartitis, laciniis anguſtis. Caulis ſemipedalis, involucro foliorum terminatus, baſi connatorum, multifidus, laciniis latioribus. Flos unus, pratenſi major; petala ſex elliptico-lanceolata, recta, violacea, villoſa. Fructus ex ſeminibus capitatis, villoſis.


Anemone pulſatilla L. rarior circa Grodnam, in ſilvis juxta Niemen, florens maio. Lugdunea. Folia recentia acerrima;

Anemone PVLSATILLA *L.* ἀλπικανθοϖόρφυρος P.380.N



Pag 380

PVLSATILLA ἀνθοιοειδής *pratensis. L.* P. 381. N. 86



cuti impofita veficulas excitant; nunc celebris obfervationibus Cel. Storckii. Illius extractum utile adjuvans in infartibus vifcerum, in nodofitatibus fyphyliticis, in herpetibus cruftofis.

Obf. Ad hanc fpeciem reducere debemus pulfatillam flore fulphureo, quam invenimus florentem fine junii, in arvis prope Grodnam, circa Staniflawa.

Petalis minoribus, apice reflexis.

86. Pulfatilla reflexa.

Habitus præcedentis, fed caulis brevior. Flos minor cæruleo-nigricans, nutans: petalis apice extus reflexis.

Anemone pratenfis L. ubique in pafcuis, prope Grodnam; florens maio: perennis. Lugdunea.

Obf. Aliquando invenitur flore erecto, petalis læte violaceis: circa Vilnam inveni fpecimen flore in involucro feffili duplo minore quam in aliis, virefcente, erecto.

STAMINA NUMEROSA.

STILI PLURIMI.

Calyx nullus, petala quinque, capfulæ plurimæ.

Foliis reniformibus.

87. Caltha glabra.

Radix ex innumeris fibris. Folia radicalia petiolata, reniformia, ferrata, glabra. Caules pedales, fiftulofi, craffi: folia caulina feffilia. Pedunculi breves: flores magni, flavi; petala quinque, fex; ftamina circiter centum; calyx nullus; nectaria nulla. Fructus: capfulæ plures, numerofa femina continentes.

Caltha paluftris L. communis prope Grodnam, in pafcuis

humidis ; floret fine aprilis : perennis. Lugdunea. Acris est & caustica ; a vaccis tamen editur : unde forte butyrum flavum ; flores nondum evoluti, in muria macerati, sicut capparides inservire possunt.

Obs. Caulis ad nodos curvatus. Folia reticulata, saturate viridia, succulenta. Siliquæ octo, apice acuminatæ, corpore subquadratæ.

Calyx nullus, petala numerosa.

Petalis conniventibus.

88. Trolius globosus.

Caulis erectus, pedalis, uniflorus, & multiflorus. Folia digitata, quinquelobata : lobis semitrilobatis, lobulis acute serratis. Calyx nullus ; petala circiter quatuordecim, conniventia, lutea ; nectaria longitudine staminum duodecim circiter, lingulata, plana ; stamina innumera. Capsulæ plurimæ, ovatæ, polyspermæ, rugosæ : semina minuta, nitida.

Trolius Europæus L. ubique prope Grodnam, in silvis, florens julio : perennis. Lugdunea, montana. Placet phrasis comparativa Tournefortii : Helleborus niger ranunculi folio, flore globoso, majore. Flos aromaticus. Herbam impune comedunt pecora.

Obs. Caulis sæpe ascendit ad altitudinem octodecim pollicum. Folia radicalia pauca, longissime petiolata, petiolis rotundis. Foliola quinque, venosa, inciso-dentata ; ad caulem folium unum, petiolo folio breviore, canaliculato, amplexicaule. Bracteæ breves, dentatæ, amplexicaules ; ante evolutionem floris, petala quinque exteriora, viridia : sæpe inveni decem tantum petala, quæ possunt considerari tanquam foliola calycina. Nectaria crocei coloris ; stamina lutea.

CALYX NULLUS; PETALA QUINQUE, CADUCA.

Nectaria tubulata.

Stipulis ovatis.

89. Isopyrum thalictri folio.

Radix exigua. Folia pinnata: foliolis parvis, pallide virentibus. Caulis tenuis, vix palmaris. Stipulæ ovatæ. Calyx nullus; petala quinque, obtusa, alba; nectaria tubulata, trifida, quinque; stamina plurima: capsulæ tres, recurvæ.

Isopyrum thalictroides L. raram istam speciem florentem initio maii observavi, in pascuis silvæ Bobrowszczyznæ, sex milliaribus a Grodna.

CALYX NULLUS.

PETALA QUATUOR.

Semina aristata.

Caule scandente, foliis variis.

90. Clematis diversifolia.

Caulis scandens. Folia inferiora, pinnata, pinnis quinque, septem foliolis ovato-lanceolatis; superiora simplicia, integerrima, lanceolata. Pedunculi ramosi; petala quatuor, lanceolata, alba, lineata; calyx nullus: semina caudata, seu stilo permanente, plumoso.

Clematis flamula L. numquam inveni circa Grodnam; in dumetis observavi juxta ripas Vistulæ; florens junio: Planta acerrima, etiam flores: urens, phlyctænas & ul-

cera cuti imposita producens: celebris experimentis immortalis Storckii in lue venerea, quæ nondum propria nostra experientia confirmavimus.

CALYX NULLUS.

PETALA QUATUOR, ET QUINQUE.

Semina mutica.

Foliolis linearibus; floribus albis.

91. Thalictrum angustifolium.

Caulis erectus, striatus. Folia pinnata: foliolis linearibus; integerrimis. Flores panniculati; petala quatuor, alba. minima; calyx nullus; stamina plurima: semina pauca, quinque, sex, striata.

Thalictrum angustifolium L. communis prope Grodnam, in herbidis silvarum; florens initio junii: perennis. Delphinalis.

Foliolis trilobis; floribus flavis.

92. Thalictrum flavum.

Radix flava. Caulis quatuorpedalis, striatus, ramosus, foliosus. Folia duplicato-pinnata, foliolis latioribus, quinatis, ternatis. Stipulæ vaginales. Flores panniculati, pannicula multiplici erecta; petala flava: siliquæ crassæ, ovales, striatæ.

Thalictrum flavum L. in pratis humidis frequens, prope Grodnam; copiose ultra Niemen circa palatium Radziwill; florens julio: perennis. Lugdunea. Radix flavo, dulci-amaro succo turget; illius succus purgans; in ictero pretiosus: valet etiam decoctum contra febres quartanas.

nas. Cæterum planta tinctoria; lanas induit colore flavo, & est grata pecoribus.

Foliolis rotundatis, lobatis, parvis.

93. Thalictrum nutans.

Radix crocea. Caulis bipedalis, striatus; folia pleraque ex ima parte caulis patula, pinnata, pinnis pinnatis, foliolis obtuse trilobatis: lobo intermedio etiam trifido; inferiorum foliola rotundata, parva; superiorum angustiora. Flores panniculati, cernui seu nutantes; petala rubentia: capsulæ sessiles a duabus ad septem, ovato-acuminatæ, profunde striatæ.

Thalictrum minus L. sat frequens prope Grodnam, in silvis juxta Niemen; florens fine junii: perennis. Lugdunea.

Foliolis rotundatis, magnis, obtuse trilobis.

94. Thalictrum aquilegifolium.

Caulis tripedalis, teres, vix striatus. Folia patula, glauca, triplicato-pinnata: foliolis magnis obtuse trilobis, intermedio tridentato. Stipulæ magnæ, ovatæ. Flores subumbellati; petala majora, purpurea; stamina longa, quinquaginta, purpurea. Capsulæ petiolatæ, magnæ, alatæ, ad duodecim.

Thalictrum aquilegifolium L. in omnibus silvis prope Grodnam; florens junio: perennis. Lugdunea, montana.

STAMINA PLURIMA.

PISTILLI QUINQUE.

Calyx nullus.

Nectariis labiatis.

95. Nigella tenuifolia.

Caulis pedalis, ramoſus, ſemiereɛtus. Folia ſeſſilia, compoſita, tenuiter pluries diviſa: ſegmentis linearibus, acutis. Pedunculi uniflori; calyx nullus; petala quinque, lanceolata, albo-viridia; nectaria quinque intra corollam, trifida; ſtamina plurima; piſtilli quinque: capſulæ turbinatæ.

Nigella arvenſis L. frequens inter ſegetes; prope Grodnam; florens julio: annua. Lugdunea. Semina acria, aromatica: illorum decoctum, magna doſi hauſtum, nauſeoſum; anxietates & vomitum excitat; infuſum fluxum urinæ adauget, in chloroſi utile medicamentum.

Nectariis cucullatis.

96. Aquilegia cornuta.

Caulis tripedalis, ramoſus. Folia glauca, levia, pinnata. foliolis rotunde bilobatis, & trilobatis, obtuſe dentatis, latis. Flores ex ſummis ramis penduli; calyx nullus; petala quinque, ovato-lanceolata, magna, cærulea. Nectaria quinque, inter petala, corniculata, fine incurvo, lato oſtio; ſtamina numeroſa; ſtili quinque: capſulæ quinque, diſtinctæ: in quaque ſemina plurima, anguloſa, nitentia.

Aquilegia vulgaris L. in omnibus silvis prope Grodnam; florens julio: perennis. Lugdunea. Apes in nectariis magnam quantitatem mellis inveniunt. Folia fricata inter digitos narcoticum & nauseosum odorem excitant; seminum decoctum in scabie inveterata, herpetibus, & pruritu intus & extus præscriptum, vere energicum remedium; sæpe solum curationem producens: sed caute administrandum, utpote cardialgias excitans.

Obs. Folia floralia ternata: foliolis lanceolatis; petala ante evolutionem viridia; filamenta basi plana, vesiculis onusta, inæqualia, circiter triginta; antheræ fusco-nigræ. Odor florum virulentus: sæpe inveni specimina caule pedali, non ramoso, foliis minoribus, floribus albis.

CALYX NULLUS.

Stili numero varii.

Nectario sessili, monophyllo.

97. Delphinium monophyllum.

Caulis cubitalis, brachiatus, subprocumbens. Folia composita, petiolata, pluries divisa lacinulis angustis, trifidis. Flores sparsi, cærulei; calyx nullus; petala quinque; nectarium monophyllum, postice cornutum; stamina plurima, ad sexdecim: capsula unica: stilus unus.

Delphinium consolida L. passim inter segetes prope Grodnam; florens augusto: annua. Lugdunea. Infusio florum spargens odorem proprium, non ingratum. Etiam suspecta: magna dosi anxietates promovens.

Nectariis pedicellatis.

98. Aconitum fornicatum.

Radix dura, inæqualis, tuberosa. Caulis erectus; ramo-

ſiſſimus. Folia nitentia, firma, nigreſcentia, digitata: foliolis tribus, lateralibus profunde bipartitis, intermedio tripartito: lobulo quoque linea exarato, inæqualiter & acuto-trifido. Pedunculi uniflori, breves: flores ſpicati, racemoſi, ſpica longa: flos ſaturate cæruleus; calyx nullus; petala quinque, ſupremo fornicato, cum quatuor aliis figuram caſſidis exhibente: intra caſſidem duo tubuli recurvati, calcari terminati; ſtamina plurima. Capſulæ tres: ſemina nigra, aſpera, anguloſa.

Aconitum napellus L. frequens in hortis ruſticorum; plurimi ſpontaneam declarant in magnis ſilvis; nunquam inveni in lithuania. Extractum aconiti nunc celebre experimentis Cl. Storckii: juxta Hallerum Storckius paravit extractum ſuum cum aconito comaro: nos ſemper paravimus cum napello; ſuccus nectariorum copioſus; gratus eſt & innoxius: flores ſub noſtro climate vix crederem venenatos: impune ſat magnam quantitatem maſticavi, ſuccumque illarum deglutii: folia ſunt acria; magnam quantitatem ſallvæ ciunt, ardoremque linguæ pertinacem excitant, minimaque quantitate anxietates mihi moverunt; illorum extractum methodo Storckii paratum ſæpiſſime plurimis ægrotantibus præſcripſi, amicoſque meos præſcribentes ſecutus fui; vidi, & habui egregios effectus in pertinacibus febribus quartanis, in inveteratis rheumatiſmis, in ulceribus cacoethicis; ſed ſæpe in indurationibus ſcirrhoſis, in podagra, obſtructionibus hepatis, ictero chronico, incaſſum præſcripſi, & fruſtra ab aliis præſcriptum vidi.

FINIS QUINTÆ COLLECTIONIS.